Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0001-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0002-2

1757.

1. Hoffmannus, Gottfredus Daniel: De regali marmoris jure. Rec. 1761.

2. Hoffmannus, Gottfredus Daniel: De continuatione tutelae interruptae.

3. Hoffmannus, Gottfredus Daniel: Collectio actionum caussarumque divisionum.

4. Kiesius, Johannes: De ratione ponderum in superficiebus solis et planetarum.

5 Sartorius, Christoph Fridericus: De vocatione ministrorum ecclesiasticorum divina.

6. Schott, Christianus Fridericus: De eo, quod licitum est, circa inquisitionem uxoriolarum.

1758

1. Hoffmannus, Gottfredus Daniel: De novo recessu imperii conficiendo hoc et superiori saeculo.

1758

2. Schoepffius, Wolfg. Adam: De retractu conventionali et testamentario

3. Schott, Christoph Fridericus: De justis juris bellum gerendi et inferendi limitibus.

4. Smalcalder, Ludovicus Conradus: De illo, quod justum est circa eos, qui disparuerant.

1759

1. Canz, Eberhard Christoph: De adcitatione tertii ad litem.

2. Schott, Christoph Frider.: Rem fructusve consumtos a bonae fidei possessore non restitui debere, contra receptam moralistarum sententiam asseritur.

3. Tafinger, Frider. Gottlieb: De jure principis circa ecclesiam ejusque ministros in genere et sacramenta in specie.

1760.

1. Schott, Christophorus Fridericus: De objecto legis personali.

1761.

1. Hoffmannus, Godofredus Daniel: De assecuratione aedium.

1761.

2. Hoffmannus, Gottfried Daniel: De opifice et rustico cambiante.

3. Kapff, Sixtus Jacobus: De transactione imperata

4. Schott, Christoph Fridericus: De notione virtutis

1762

1. Hoffmannus, Gottfried Daniel: De jure publico politissimum imperii Romano-Germanici generatim.

2. Schoepffius, Wolffg. Adamus: De praedria juris feudalis Longobardici prae jure Alamannico, praecipue in obligatione filii successoris feudalis ad solvendum aes alienum conspicua.

3. Tafingerus, Fridericus Guilielmus: De austraegis liberae S. R. J. civitatis Lindaviensis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0006-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0008-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0009-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0010-6

E. 12. num. 35.

19

DISSERTATIO
IVRIS EVANGELICORVM ECCLESIASTICI

# DE IVRE PRINCIPIS CIRCA ECCLESIAM EIVSQVE MINISTROS IN GENERE ET SACRAMENTA IN SPECIE

1759 3.
13
P. 371

QVAM
RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO
IO. CAROLO LVDOVICO
COMITE PALATINO RHENI BAVARIAE DVCE
COMITE VELDENTIAE ET SPONHEMII rel. rel.
ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV
PRO LOCO
IN FACVLTATE IVRIDICA
RITE OBTINENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT

FRIEDER. GVILIEL. TAFINGER
IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR
EIVSDEMQVE PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS IMPERIALIS
SCIENTIARVM ACADEMIAE ROVEREDENSIS SOCIETATVM TEVTONICARVM
GOETTINGENSIS ET HELMSTADIENSIS LATINAEQVE
IENENSIS MEMBRVM
RESPONDENTE
GEORGIO CHRISTIANO FEINMANN I. C.
STVTTGARDIANO.

D. XXII. DEC. MDCCLIX. H. L. Q. C.

TVBINGAE LITTERIS ERHARDIANIS.

KÖNIGL. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0011-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0012-7

*Q. D. B. V.*

## §. I.

### RATIO INSTITVTI.

Quum Divina ſic diſponente providentia, per electionem Ampliſſimi Senatus Academici, & confirmationem clementiſſimam Sereniſſimi ac Potentiſſimi Würtembergiæ Tecciæque Ducis, CAROLI, quem Deus media inter pericula fulminaque conſervet ſoſpitem, muneri Profeſſoris Jurium Ordinarii in perantiqua hac Eberhardina fuerim admotus; Diſſertationis inauguralis Thema ex Jurisprudentia Evangelicorum eccleſiaſtica deſumere, ac *de Jure Principis circa Eccleſiam eiusque Miniſtros in genere, & Sacramenta in ſpecie* diſſerere, eo minus dubitavi, quo magis explicando in primis Jure tam Canonico-Pontificio, quam Evangelicorum Eccleſiaſtico huc usque fui occupatus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0013-3

## §. II.

### IVS CIRCA SACRA PRINCIPIBVS I. R. G. EX QVONAM FVNDAMENTO COMPETAT, ET QVOMODO EXERCEATVR, GENERATIM OSTENDITVR.

*Jus circa ſacra a)* ſubditorum competere ſacri Romano-Germanici Imperii Principibus, unanimi fatentur ore, licet in determinando iuris iſtius fundamento *b)* diſſentiant Evangelici. Quemadmodum vero eccleſia *c)* chriſtiana conſiderari debet tanquam *d)* collegium in re publica *e)*, illudque *f)* æquale; ita quoque illa, quam vi ſuperioritatis *g)* territorialis in omnia collegia princeps exerçet, poteſtas atque *h)* inſpectio ſe in ſpecie ad eccleſias in re publica extendit, & ne quid ab illis in huius ipſius detrimentum *i)* geratur, cavet. Qua ipſa inſpectione quum potiſſimum abſolvatur ius circa ſacra *k)* maieſtaticum, principi iure proprio, quatenus ſummus in re publica *l)* imperans eſt, competens; hoc ipſum diſtingui omnino debet a iuribus ſacrorum *m)* collegialibus, in tota eccleſia radicaliter reſidentibus, atque ex huius conſenſu *n)* competentibus *o)* Principi, qui etiam horum ipſorum exercitium cum aliqua ſupra dictæ inſpectionis ſupremæ *p)* iurisque circa ſacra maieſtatici parte relinquit *q)* Conſiſtorio, ipſam inſimul repræſentanti *r)* eccleſiam.

*a) De iure circa ſacra, principi competente* videri in primis merentur Reverendiſs. Academiæ quondam noſtræ, iam vero Gieſſenſis, Cancellarii, *Chriſtophori Matthæi* PFAFFII *Academiſche Reden über das ſowohl allgemeine, als auch Teutſche Proteſtantiſche Kirchenrecht, I. Abſchnitt, 5. Cap. §. 1. ſeqq. pag. 90. & ſeqq. edit. Francof.* 1747. 4.

*b)* Varias in determinando *iuris circa ſacra fundamento* eruditorum *ſententias* enarravit laudatus PFAFFIVS *in cit. Academiſchen Reden, I. Abſchn. 5. Cap. §. 16. pag. 96. ſeqq.* cui iungi poſſunt *vollſtændige Nachricht von den verſchiedenen Meinungen der Herrn Theologen und Juriſten über den Urſprung und die Natur des Kirchenrechts, Frankfurt*

*furt und Leipzig.* 1754. 4. & *Joannis Thomæ von* HOECKDORF *gründliche Betrachtungen über die in des Herrn von Puffendorf Buche von der Verhaltniß der chriſtlichen Religion gegen den Staat enthaltene, und damit verknüpfte gœttliche Wahrheiten, Leipzig.* 1744. 4. *Meditat. VII. pag.* 248.

*c*) Quod vox: *eccleſia*, ſeu ἐκκλησία, deſcendat ἀπὸ τοῦ ἐκκαλεῖν, evocare, & vi vocis nihil aliud ſit quam evocatio, id eſt, evocata hominum congregatio, ſuæque huius denominationis originem debeat veterum græcorum democratiis, apud quas eccleſia ſignificabat ſæpius cœtum hominum, ad aliquid audiendum in alium locum e ſuis ſedibus evocatum, & cœtum civilem in comitiis aut curiis convocatum, hoc eſt congreſſum populi civiumque, ubi de negotiis publicis agebatur, poſt alios obſervavit Conſultiſs. *Io. Gottlieb* BRENDEL, Conſiſtorii Jenenſis Saxonici Adſeſſor, in *Commentatione de ſucceſſione eccleſiæ in miniſtri ſui bona vacantia*, (*Ien.* 1749. 4.) §. 3. & 4. *pag.* 6. & 7. Quamvis autem varius dictæ vocis ſit ſignificatus, triplici tamen potisſimum ſenſu venit, ſumiturque *eccleſia* 1.) pro ipſis *ædibus ſacris*, divino deſtinatis cultui, in *titulo Cod de SS. eccleſiis*, & in *titulo Decretalium de eccleſiis ædificandis & reparandis*; 2.) ſignificat *cœtum canonicorum* prælato ſive epiſcopo ſubiectorum, vel non ſubiectorum, vi cuius ſignificationis *eccleſia* diſtinguitur in *cathedralem* & *collegiatam*, de qua diſtinctione conferantur *Jo.* SCHILTERI *Inſtitutiones Juris Canonici lib.* 1. *tit.* 3. §. 12. & Illuſtr. *Jo. Erneſti* FLOERCKEN, JCti in Regia Fridericiana primarii, *Obſervationes ad cit. Inſtitutiones Schilterianas cit. loc. pag. m.* 70. denique 3.) denotat *ſocietatem* plurium hominum, *cultus divini gratia unitorum*, quæ ipſa tertia ſignificatio huius eſt loci. Conf. BRUNNEMANNI *Jus eccleſiaſt. lib.* 1. *c.* 1. *num.* 2. & cit. BRENDELII *commentatio de ſucceſſione eccleſiæ in miniſtri ſui bona vacantia*, §. 5. *pag.* 8.

*d*) *Eccleſiam* eſſe *collegium æquale in re publica* docuit quoque B. Præceptor meus *Jo. Rudolph.* ENGAV, Profeſſor Jenenſis celeberrimus, (cuius, anno 1755. mortui, vitam *Gottlob Aug.* IENICHEN, Profeſſor Gieſſenſis, haud ita pridem etiam defunctus, *Jenæ* 1755. 4. edens *Elogium divis manibus Jo. Rudolphi* ENGAVII *conſecratum*, deſcripſit,) in *Elementis Juris Canonico-Pontificio-Eccleſiaſtici, prolegom. cap. III. membr.* 2. §. 39. cui ipſi eatenus conformia tradit citatus PFAFFIUS *in originibus Juris eccleſiaſtici cap. IV. art.* 1. *pag.* 171. *ſqq. edit. Tub.* 1756.

1756. 4. & inprimis in *Diſſ. de jure ſacrorum abſoluto & collegiali, illo in ſuperioritate territoriali, hoc in eccleſia, tanquam collegio, quaerendo*, §. 1. *pag.* 330. *poſt citat. Origines Jur. eccleſiaſt.* Conf. *Jo. Franc.* BVDDEI *Diſp. de notionum moralium & civilium ad alias diſciplinas translatione caute inſtituenda. Hal.* 1705. §. 9. *pag.* 5.

e) *In veteri teſtamento rem publicam* fuiſſe *in eccleſia*, *in novo* autem *eccleſiam* eſſe *in re publica*, oratione ſolemni in ducali Gymnaſio Stuttgardienſi, Principis noſtri Sereniſſimi, CAROLI, natalem diem celebrante, anno 1749. recitata, publicaque luce omnino digna, docuit maxime Reverendus *Jo. Chriſtoph.* KNAVS, Profeſſor dicti Gymnaſii celeberrimus, cui jungi poteſt S. R. *Jo. Herm.* BENNERI, Theologi Gieſſenſis, *Exercitatio Juris eccleſiaſtici, quod res publica veteris teſtamenti fuerit in eccleſia, Gieſſ.* 1747. 4.

f) *Cum hoc* ipſo *Collegii aequalis conceptu*, indeque fluente membrorum eccleſiae omnium aequalitate, *ſubſiſtere* omnino *nequit ſententia, principi, tanquam primario eccleſiae membro, ius circa ſacra tribuens*, quam olim expoſuit Eberhardinae noſtrae Cancellarius, *Jo. Wolfg.* IAEGER in *Tractatu de concordia ſacerdotii & imperii, cap.* 4. Ex traditis enim *Sam.* PVFFENDORFII in *Tractatu de habitu religionis ad ſtatum* §. 41. *pag.* 120. *ſeq. editionis, quae Jenae* 1712. 4. *cum Jo. Paul.* KRESSII *Commentario* prodiit, ſatis adparet, quod princeps, licet ipſius eccleſiae ſit membrum, tamen qua tale maius non accipiat habeatque ius, quam membra eccleſiae reliqua; in quam ipſam ſententiam ivit quoque laudatus PFAFFIVS *in cit. Academiſchen Reden über das ſo wohl allgemeine, als auch Teutſche Proteſtantiſche Kirchenrecht, I. Abſchn. Cap.* 5. §. 18. *pag.* 98. & §. 25. *pag.* 104. in quo ultimo loco ea, quae in praecedentibus paginis latius expoſuerat, contraxit, verbis utens ſequentibus: „Und hats ia wohl, wie geſagt, ſeine Richtigkeit, „daſs *ein Fürſt*, wenn er zur Kirche tritt, eben *qua membrum eccleſiae* „*keine Vorrechte über andere membra* erhaelt, aber *qua princeps die* „*iura maieſtatica in eccleſiam* allezeit behaelt.„ Conf. quoque *Godofredi Ludov.* MENCKEN *Diſs. de eo, quod iuris eſt circa ſubſcriptionem librorum ſymbolicorum, a iure ſacrorum inprimis Principum Evangelicorum dependentem, Vitemb.* 1730. 4. *Cap. gener. de Jure ſacrorum, Sect. dogmat.* §. 18. *pag.* 37.

g) *De Superioritate territoriali* ſtatuum imperii generatim, poſt *Gottlieb Sam.* TREVERI *Diſſertationem de Origine nominis ſuperioritatis territorialis*

*ritorialis ex Gallia arceſſenda*, *Helmſtadii* 1732. 4. *editam*, videri inprimis merentur *Ludolphi* HVGONIS *Diſſertatio de Statu regionum Germaniæ*, *& regimine principum ſummæ imperii reipublicæ æmulo*, *ſub præſidio Henr.* BINNII *Helmſtadii anno* 1661. *defenſa*, *Lipſiæque* 1736. *recuſa*; *Jo. Nic.* HERTII *Diſſ. de Superioritate territoriali*, *Gieſſ.* 1682. propoſita, & in *Eiusdem Opuſculorum Volumen I. num.* 5. *relata*; & celeb. *Hieron. Frieder.* SCHORCHII, JCti Erfordienſis, *Diſſ. de limitibus ſuperioritatis territorialis ſecundum leges fundamentales imperii*, *Erford.* 1754. Plures hic allegandos ſcriptores recenſet *celeberr. Henr. Gottlieb* FRANCKE, Profeſſor Lipſienſis, in *Recenſione ſcriptorum de S. R. I. territoriis variis*, *eorumque ſpeciebus*, *acquiſitione*, *incorporatione*, *condominio*, *ſuperioritate & iurisdictione territoriali*, *nec non ſervitutibus iuris publici*, quam præmiſit *Mich. Henr.* GRIBNERI & *Burc. Gotth.* STRVVII *Disquiſitionibus de dominio directo in territorio alieno*, *Lipſiæ* 1743. 4. *cum Eiusdem præfatione editis.*

*h*) Hanc ipſam quoque *univerſalem in omnia collegia inſpectionem* principi quoque laudat. PFAFFIVS *cit. cap.* 5. *Academiſcher Reden*, §. 4. *pag.* 91. verbis tribuit ſequentibus: „Es *hat* næmlich *die Obrigkeit* „fünftens das *Jus inſpectionis generalis über alle dergleichen freye Ge*-„*ſellſchaften*, kraft deren ſie zu wachen hat, daſs nichts vorgehe, das „den Staat auf irgend eine Art beunruhige rel.„ quibus iungatur §. 15. cit. cap. Conf. quoque celeb. *Ern. Jo. Frieder.* MANTZELII *Diſſ. de S. R. I. principum proteſtantium iure ſupremæ inſpectionis generali in ſacra & politica*, *germanice: von der Landesherrlichen Oberaufſicht.* Roſtoch. 1757. 4. & *Ge. Samuelis* MADIHN *Diſſ. de Imperii ſacri Statuum proteſtantium imp. S. R. G. vera natura & indole*, quam præſide celeberr. *Dan.* NETELBLADT. *Hal.* 1751. defendit, *cap.* 1. §. 4. *pag.* 10.

*i*) *De inſpectione in omnia collegia* generatim principi competente, in ſpecie etiam *ad* collegia, religionis cauſſa coëuntia, *eccleſias*, *extendenda* videri inprimis poteſt celeb. *Jo. Ern.* SCHROETERI, Profeſſoris antehac Erlangenſis, nunc Jenenſis, *Programma Jenæ* 1755. *editum*, *in quo dubia quædam*, *contra iura eccleſiæ collegialia recens prolata*, *tollere nititur*, §. 5. *pag.* 13. *ſeqq.* cui iungi poſſunt *Jo. Ge.* PERTSCHII, *JCti Helmſtadienſis*, anno 1754. d. 22. Aug. quum in Julio-Carolina ſtudiorum univerſitate vice Rectoris faſces teneret academicos,

cos, mortui, *Elementa Juris Canonici & Proteſtantium eccleſiaſtici*, *lib.* 1. *tit.* 4. §. 82. in quo *Jus circa ſacra* deſcribitur: „quod ſit ſum„ma & ſuprema inſpectio principis, quam vi iuris ſuperioritatis exer„cet, & cavet, ne quid ab eccleſiis in detrimentum rei publicæ gera„tur.„ *Joannis* HERMANSSON, Eloquent. & Politic. Profeſſoris, *Diſſertatio de cura ſacrorum civili*, *in Athenæo Upſalienſi anno* 1713. *defenſa*, & *Stockbolmiæ excuſa*, §. inprimis *X*. in cuius *initio pag*. 11. „tantum ſummorum imperantium curæ delatum eſſe, inquit, quantum „ad internum Numinis cultum tuendum atque promovendum, ac bo„num & decentem ordinem, quoad externa ſacrorum, ſervandum, ne„ceſſarium cenſetur, & ad finem civitatis obtinendum vere requiritur:„ & *Jo. Pet.* GRÜNENBERGII, Theologi Roſtochienſis, *Diſſertatio de divina ſancti miniſterii conſtitutione*, *Roſtoch.* 1706. 4. §. 39. 40. ubi cura religionis, & defenſio eccleſiæ vindicatur officio magiſtratus politici, & inprimis in *principio* §. 40. dicitur: „quod actus externi „religionis, quibus humana ſocietas lædi poteſt, & e contrario maxi„me iuvari, cedant omnino magiſtratui.„

*k*) Hoc ipſum *ius circa ſacra maieſtaticum* principi iure proprio, quatenus ſummus in re publica imperans eſt, competens, diſtinguendum eſſe a *iuribus ſacrorum collegialibus*, eccleſiæ, qua tali, originarie competentibus, & in illa tota radicaliter reſidentibus, ex huius ipſius autem conſenſu, vel præſumto, vel tacito, a principe exercendis, obſervavit Reverendiſs. PFAFFIVS in cit. *Diſſertat. de iure ſacrorum abſoluto & collegiali*, §. 1. *pag*. 331. cui iungi merentur *Phil. Eberhardi L. B. de* ZECH, Conſiliarii quondam Würtembergenſis Intimi, *Meditationes de origine, indole, effectibus atque hiſtoria iuris reformandi Regum atque Principum*, *nec non ſtatuum Imperii Romano-Germanici circa religionem*, *Part. I. cap.* 2. §. 8. *pag*. 138. *ſeqq.* inprimis vero Perilluſtris mihique faventiſſimi *Io. Ulrici L. B. de* CRAMER, Cameræ imperialis Adſeſſoris, & eruditionis, & humanitatis laude inſignis, *diſſertatio de iure ſacrorum collegiali & maieſtatico*, *Marburgi* 1736. habita, inque *tomum II. Opuſculorum*, *diverſas materias ex omni iure tractantium*, *Marburgi* 1754. *editum*, *num. IV. pag.* 73. *ſeqq.* relata.

*l*) *Jus circa ſacra maieſtaticum principi*, *qua principi* competere, demonſtravit laudatus *L. B. de* CRAMER *in cit. Diſſertat. de iure circa ſacra collegiali & maieſtatico*, §. 42. *pag*. 80. & 81. cui iungi meretur

§. 65.

§. 65. *pag.* 89. ubi probatum fuit iura circa ſacra maieſtatica in ſtatibus proteſtantibus ex ſuperioritate territoriali fluere.

*m)* Hanc ipſam de iuribus collegialibus ſententiam diſplicuiſſe ſumme Reverendo Halenſi Theologo, *Sigism. Jacobo* BAVMGARTEN, adparet ex iis, quæ beatus Vir, longiori vita digniſſimus, in *Parte XXII. der Nachrichten von merkwürdigen Büchern*, *Nro. DLXV. pag.* 349. *ſeq.* occaſione libelli, a B. *Ge. Ulr.* TRITSCHLERO *Ulmæ* 1753. 8. *ſub tit. Unpartheyiſche Abhandlung von dem Recht eines Catholiſchen Landesherrn in Religions- und Kirchenſachen ſeiner Proteſtirenden Unterthanen*, editi tradidit, ad quæ vero egregie reſpondet laudatus *Jo. Ern.* SCHROETER in *cit. program. in quo dubia quædam contra iura eccleſiæ collegialia recens prolata tollere nititur*, §. 5. *ſeq. pag.* 16. *ſeqq.*

*n)* *Jura collegialia in ſtatibus proteſtantibus fluere ex pacto expreſſo cum ſubditis*, probavit laudatus *L. B. de* CRAMER *cit. loc.* §. 67. quæ ipſa pacti expreſſi probatio quum non firma ſatis ſufficiensque videretur cit. PFAFFIO *im Eingang der Academiſchen Reden über das Kirchenrecht*, §. 18. *pag.* 31. & celeb. *Juſto Carolo* WIESENHAVER *in Grundſätzen des allgemeinen und beſondern Kirchenſtaatsrechts der Proteſtirenden in Teutſchland*, *Part.* 1. *cap.* 5. §. 11. *not.* *) *pag.* 57. denuo illam *in fine* §. 68. *pag.* 92. *cit. tom. II. Opuſculorum* defendit *perilluſtris Auctor*, cuius ipſius tamen pace & hoc, cum cit. WIESENHAVERO mihi videtur eſſe concedendum, quod *neceſſaria non ſit expreſſi pacti probatio*, *conſenſusque* tacitus omnino ſufficiat.

*o)* Dicta utriusque generis *iura*, tam *maieſtatica*, quam *collegialia*, Principi competentia, conſtituunt illam, quæ *eccleſiaſtica* dici ſolet, *poteſtatem*, de qua legi merentur ea, quæ tradidit PVFFENNDORF *in cit. tractatu de habitu religionis ad ſtatum*, §. 40. *pag.* 119. in cuius fine varium dictæ poteſtatis fontem agnovit, dixitque: „ſi quæ poteſtas aut ius ſummis *imperantibus circa eccleſiam* & ſacra chriſtiana adſerendum ſit, id eſſe deducendum vel ex *genuina indole ſummi imperii civilis*, *vel* ex *indole ipſius religionis chriſtianæ*, vel ex ultronea *delatione ipſius eccleſiæ*." Conf. quoque *Jo. Abrah.* KROMEYERI *de poteſtate eccleſiaſtica*, *quam vocant*, *externa*, *penes quem radicaliter ſit*, *& quibus partibus contineatur*, *Commentatio theologica*, *hiſtorice*, *dogmatice*, *polemice & practice inſtituta*, *Gothæ* 1721. *edita*, *& præfatione Ern. Salom.* CYPRIANI *conſpicua.*

*p)* Quod apud Proteſtantes *conſiſtorium* Principis nomine *iurisdictionem*

 ex-

*exerceat eccleſiaſticam*, docuit celeberr. *Jo. Henr.* AYRER, JCtus Gœttingenſis, in §. *IX. Diſſertationis epiſtolicæ de Adiunctis Superintendentium, Chorepiſcoporum veteris eccleſiæ propagine, Gœttingæ* 1739. 4. editæ, poſteaque cum EIVSD. *Diſſ. de Superintendentibus eccleſiarum Proteſtantium, Epiſcoporum veteris eccleſiæ propagine, Lipſiæ* 1744. 4. *recuſæ*.

q) De Conſiſtoriis, eorumque iure generatim conferri poſſunt *Ern. Godofr.* NORIMBERGIVS *de iure Conſiſtoriorum, in eccleſiis Auguſtanæ Confeſſionis uſitatorum, Erford.* 1631. 4. & in *Ahasv.* FRITSCHII *Exercitat. Jur. publ. P. I. pag.* 327 - 376. *Chr.* WEBER *de Conſiſtorio, hoc eſt, de iure & ratione Conſiſtoriorum, Arnſtad.* 1647. 8. & in *cit.* FRITSCHII *Jur. eccleſiaſt. tripart. P. I. pag.* 576. *ſeqq. Theodor.* BOLZIVS *in manipulo Diſſertationum de Conſiſtorio, Regiomont.* 1713. & *Chr.* WILDVOGEL *in Diſſ. de competentia Conſiſtoriorum Evangelicorum, Jen.* 1714. De *Diſtinctione Conſiſtoriorum*, quibus in Germania gaudent Evangelici, in *neceſſaria* & *voluntaria* notavit quædam cit. ENGAV *in Elem. Jur. can. pontif. eccleſiaſt. lib.* 4. *tit.* 2. §. 22.

r) Quod *Conſiſtorium* ipſam quoque *eccleſiam repræſentet*, verbis ſtatuit expreſſis *Jo. Petr. de* LVDEWIG *in Parte II. gelehrter Anzeigen, CCXXI. Stück*, ubi *Joannis Anaſtaſii Freylinghauſen* memoriam celebrans, §. *XIV. pag.* 646. ſequentia ſcripſit: „Es entſchuldigen ſich paſſio- „nirte Prediger mit dem Spruch: *ſage es der Gemeinde*. Sie wiſſen, „oder bedenken es aber nicht, daſs ietzigen Zeiten nach, *die Gemein- „de das vom Landesherrn niedergeſetzte chriſtliche Conſiſtorium vor- „ſtellet*: wohin auch dieſer Spruch ſchlechterdings gehöret.„

## §. III.

### QVATENVS IVS CIRCA SACRA SE EXSERAT, DOCETVR, ET IN SPECIE OSTENDITVR, QVOD COMPREHENDAT CVRAM AC PROVISIONEM CIRCA SACRAMENTA, AD QVAE ADMINISTRANDA CONSTITVTI SVNT MINISTRI ECCLESIAE.

Quamvis autem nec Princeps, licet ad habendam æternæ civium ſalutis *a*) curam ſuo etiam modo obligatus, nec etiam Con-

Conſiſtorium, quæ *b*) credenda ſint, imperare poſſit eccleſiæ membris; competit tamen *Principi*, huiusque ipſius nomine & iure (§. II.) *Conſiſtorio* non in genere ſolum, ne in *doctrina*, tam legibus imperii *c*) publicis, quam pactis, inter Principem ipſum ſubditosque initis *d*) determinata, vel *diſciplina eccleſiaſtica* quidquam temere *dd*), innovetur, providendi, hancque ipſam novis *e*) ordinationibus ſtabiliendi *f*) regendique poteſtas; ſed in ſpecie etiam cura aliqua proviſioque circa ipſa *g*) ſacramenta, baptiſmum nempe ac ſacram cœnam, ad quorum adminiſtrationem verbique divini prædicationem *h*) conſtitui ſolent miniſtri *i*) eccleſiæ, clericorum *k*) nomine a laicis alias *l*) diſtincti.

*a*) Huius ipſius *curæ, pro civium ſalute æterna* a Principibus gerendæ, expreſſam mentionem factam legimus a divo *Chriſtophoro*, Würtembergiæ Duce, *in des Herzogthum Würtemberg gemeiner Landsordnung, tit. I. pr. von Gottes Wort und Predigten zu hören*, ubi ait inter alia: „So haben Wir hierauf als ein *Chriſtlicher Fürſt*, und damit „Unſere, von Gott befohlene *Unterthanen*, durch Unſere verordnete „Pfarrer und Kirchendiener mit Fleiſs *zu dem Gottes Wort, und deſſel-* „*bigen Ehr gezogen, und ihrer Seelen Heil, auch Seeligkeit gefürdert* „*werden*, nachfolgende Ordnung fürgenommen.„ & ab Illuſtriſs. *Comite Henrico II. Rutheno, Lineæ ſenioris, in der Verordnung von Beſchaffenheit, wie auch Amt und Pflicht derer Prediger, Schuldiener und Hauſsväter d. d.* 28. *Febr.* 1720. „Nachdem die *allgemeine Chri-* „*ſtenpflicht*, kraft deren ein ieder alle ſein Vermögen dahin anzuwen- „den ſchuldig iſt, daſs das Reich Chriſti ausgebreitet, und des Satans „Reich zerſtöret werde, auch *Uns verbindet, aus wohlmeinender* „*Liebe dahin zu ſorgen, daſs Unſere Unterthanen zu wahrer Erkennt-* „*niſs ihrer ſelbſt und Gottes gebracht, und alſo zeitlich und ewig* „*glückſelig gemacht werden mögen*; ſo haben Wir — nachfolgende „Ordnung rel. In genere autem de eadem conferri poſſunt ea, quæ leguntur in *Caſp. Achat.* BECKII *Diſſertatione de Principe Chriſtiano, æternæ ſubditorum ſalutis curatore, Jenæ* 1730. 4. & Cel. *Jo. Jac.* MOSERI *Diſs. de Officio Principis circa religionem & ſalutem æternam ſubditorum, Francof. ad Viadr.* 1638. & *in ſelectis Juris cum*

 *publici*,

*publici*, *tum privati*, *itemque eccleſiaſt. Francof. & Lipſ.* 1745. 4. *num. V. pag.* 165 - 181.

*b*) Quæ *credenda* ſint, nec a principe, nec a conſiſtorio *imperari* poſſe, nullus usquam unquam in dubium vocabit æquus rerum æſtimator, qui fatebitur potius agnoſcetque, pugnare tale imperium cum ipſa religionis & conſcientiæ libertate, ſalva omnino civibus relinquenda omnibus, uti inprimis quoque docuit *Dieter. Herm.* KEMMERICH *in Amœnitatibus Juris publici de iure principis circa dogmata fidei, ex Codice & novellis, pariter ac hiſtoria reformationis, & cum primis Auguſtanæ Confeſſionis illuſtratis, Jen.* 1730. 4. *amœnit. VII. pag.* 28. & 29. cui iungi poteſt *Sam.* WERENFLSII, Theologi Baſileenſis, *Epiſtola de iure in conſcientias, ab homine non uſurpando, ad Nic. Wilkens, Hamburgenſem. I V. D. Baſil.* 1702. 4. & in *Eiusd. Opuſculis theolog. philoſ. & philol. Baſil.* 1718. 4. *pag.* 41. & *Gerhardi* NOODT *Oratio de religione ab imperio iure gentium libera, Lugd. Bat.* 1706. 4. primum edita, gallicoque idiomate poſtea evulgata a *Joanne* BARBEYRACIO *Amſtel.* 12. 1707. & 8. 1714. *De poteſtate Principis circa ſymbola civium, in religione ab ipſo diſſidentium Vitembergæ a.* 1711. diſputavit *Gottlieb* WERNSDORF; *Abrogationem librorum eccleſiæ Lutheranæ ſymbolicorum magiſtratibus diverſarum confeſſionum de iure divino illicitam eſſe*, evicit *Chriſtoph.* SONNTAG *in Diſſertatione Altorfii* 1711. habita. Conf. quoque *Jo. Ge.* NEVMANNI *Diſs. de auctoritate librorum ſymbolicorum, Vitemb.* 1690. & 1703.

*c*) *Legibus imperii* publicis adprobatas tantum eſſe tres religiones, *Catholicam* nempe, *Evangelicam* atque *Reformatam*, ſubditosque, licet a domino territorii in religione diſſentientes, ſi modo uni ex tribus adprobatis religionibus ſint addicti, retinere debere ius ſuum religionis, omnino conſtat. Conf. *Inſtrum. Pac. Osnabr. art.* 5. §. 1. 31. 32. 34. 35. *art.* 7. §. 1. & 2. *Juſt. Henning.* BOEHMERI *Diſs. de tolerantiæ religioſæ effectibus civilibus, Hal.* 1726. *ibid.* 1734. 4. *Cap.* 2. §. 6. *ſqq.* & 19. *pag.* 39. *ſeqq.* & 67. *Io. Laur.* FLEISCHERI *Diſſ. de iure reformandi, & inde dependente iure emigrandi, Hal.* 1733. 4. §. 25. *pag.* 30. *ſeqq.* Quæ ipſa adprobatio ſicuti ab ipſo Imperatore & Imperio olim facta fuit; ita ab iisdem quoque ſubnaſcentis fortaſſe: *An eccleſia quædam ad ſocios huius vel iſtius religionis adprobatæ pertineat?* quæſtionis deciſionem exſpectandam eſſe ſtatuit Camera imperialis, quidquam, quod vel minimam adprobationis ſpeciem præ ſe ferret, decernere du-

dubitans, & ſupplicanti procuratori Lto. Gondela abſque decreto reddendam eſſe concludens ſupplicam, in qua *nomine der Aelteſten und Biſchöffe derer Evangeliſchen Mähriſchen Brüdergemeinden aller* 3. *Troporum, als Confeſſionis Bohemicæ, invariatæ Auguſtanæ Confeſſionis & Synodi Beraenſis* petitum fuerat: „einen Theil ihrer vornehmſten „Original-Urkunden bey dieſem höchſten Gericht in Verwahr zu brin-„gen, mit dem in Lit. A. weiters gethanen Anfügen, ſolche von Zeit „zu Zeit nach iedesmal beylegender Specification gegen einem Depo-„ſitions Schein in hieſiges Reichs-Archiv oder Leſerey in einem ver-„ſchloſſenen Kæſtgen hinterlegen zu laſſen, und denen deponirenden „Gemeinden oder ihren Bevollmæchtigten wieder darzu zu ſeiner Zeit „den Acceſs zu verſtatten, geſtalten ſelbige ſub Lit. B. eine Conſigna-„tion derienigen Stücke beygeleget, ſo gegenwærtig deponirt werden „wollen.„

*d*) De pactis, inter principem ſubditosque initis, videri poſt ipſum *Inſtr. Pac. Osnabr. art.* 5. §. 33. poteſt laudati *Io. Iac.* MOSERI *Diſſ. de pactis & privilegiis circa religionem & alia eccleſiaſtica, Francof. ad Viadr.* 1738. & *in cit. ſelectis Iuris cum publ. tum priv. num. IV. pag.* 96. *ſeqq.*

*dd*) *Proviſionis* huius verbis ſequentibus expreſſis meminit Theol. Lipſ. *Adam* RECHENBERG *in Diſſ. de officio Theologi circa fidei controverſias tractandas, Lipſ.* 1702. 4. §. 47: „Principibus incumbit pro-„videre, ut eccleſiæ non tantum idonei, veritatis ac pacis amantes „conſtituantur præpoſiti & doctores; ſed &, ſi quid in doctrina & „diſciplina eccleſiaſtica prudenter & ſalutariter conſtituta, temere inno-„vetur, aut lites novæ exoriantur, mature componant.„

*e*) Licet igitur, quæ credenda ſint, non imperet princeps (not. b. ad hunc §.), poteſt tamen ille vel magiſtratus externa dirigere ſacra, quo in eccleſia decenter & iuſto ordine peragantur omnia, ceu obſervarunt FLEISCHER cit. *Diſſ. de iure reformandi & inde dependente iure emigrandi*, §. 16. *& ſeqq. pag.* 12. *ſeqq. Chr. Godofr.* HOFFMANN *Diſſ. de ratione interpretandi leges imperii Romano-Germanici publicas, occaſ. art. V.* §. 50. *&* 56. *Art. VIII.* §. 2. *XVII.* §. 3. *Pac. Osnabr. Lipſ.* 1720. *cap.* 2. §. 7. *ſq. pag.* 11. *ſq. Conrad.* DEINZER *in Diſſ. de obligatione ſtricta miniſtrorum eccleſiæ ad ordinationum eccleſiaſticarum obſervantiam, occaſione Ordinationis eccleſiaſt. Noric.* §. *Und werden allhier. Altorf.* 1742. *cap.* 2. §. 6. *pag.* 34. *ſeq.* Competit igitur Principi & huius nomine Conſiſtorio ius leges ferendi de quibusvis negotiis eccle-

eccleſiaſticis, hisque ipſis non ſolum determinandi actus cultus divini externos, locum, tempus, ordinem modumque, quo dogmata proponi debent publice, *Io. Wilh. de* GOEBEL *in Diſſ. de iure principis circa religionem*, *Helmſtad.* 1725. *ibid.* 1746. *cap.* 2. §. 3. KEMMERICH *cit. Amœnitat. Iur. publ. de iure principis circa dogmata fidei rel. amœn.* 7. *pag.* 26. *ſeqq.* & ENGAV, *cit. Elem. Iur. can. proleg. cap.* 3. *membr.* 2. § 49. *Iuſt. Henning.* BOEHMER *Diſſ. de Iure liturgico*, *Hal.* 1717. *cap.* 2. §. 19. *ſeqq. pag.* 74. *ſeqq.* & §. 29. *pag.* 85. ſed publicas quoque præcipiendi preces, illarumque præſcribendi formulas, *Iuſt. Henning.* BOEHMER, *Diſſ. de iure precum publicarum*, *Hal.* 1705. 4. & *Ge. Ad.* STRVV *diſſ. de invocatione nominis divini*, *Ien.* 1682. 4. *Exemplum* præceptarum a Principe *precum publicarum* ſatis *antiquum* ſiſtit nobis *præceptum Pipini*, *Regis*, *ad Archiepiſcopum Moguntinenſem*, *Lullum*, *anno* 764. *datum*, quod ex BALVZII *Capitularibus Regum Francorum* exhibet *Caſp.* SAGITTARIVS *in Antiquitatibus Ducatus Thuringici*, *Ien.* 1688. 4. *lib.* 2. *cap.* 1. §. 3. *pag.* 81. & 82.

*f*) Circa dictam autem, Principi competentem poteſtatem (not. e. ad hunc §.) notandum omnino adhuc eſt in genere, quod neminem ad actum, conſcientiæ ſuæ contrarium, cogere poſſit princeps, uti in genere obſervavit *Sam.* STRYCK *in Diſſ. de iure Sabbathi*, *Hal.* 1702. *cap.* 2. *num.* 69. *ſeqq.*

*g*) *Competens principibus cura proviſioque circa ſacramenta* reſpicit tantum ordinem externum, determinatque, ſalva inſtitutione divina ex ſacris litteris haurienda, modum adminiſtrandi ſacramenta ratione temporis, & rituum aliarumque circumſtantiarum, uti generatim obſervavit cit. DEINZER *cit. Diſſ. de obligatione ſtricta miniſtrorum eccleſiæ &c. cap.* 2. §. 6. *pag.* 35. cui iungi poteſt *Diſſ. de iure principis circa baptiſmum*, quam Præſide *celeberr. Auguſtino de* BALTHASAR *Gryphiswaldiæ* 1742. defendit *Henr. Ludov.* HESS, *cap.* 1. §. 7. *ſeqq. pag.* 12. *ſeqq.*

*h*) Ad duas haſce officii partes primarias reſpiciens Adam. RECHENBERG in *Exercitatione theologica de officio miniſtri eccleſiæ*, *Lipſiæ* 1703. *defenſa* §. 3. deſcripſit MINISTRVM ECCLESIAE, quod ſit „perſona ad publice prædicandum verbum Dei & adminiſtranda ſacramenta, rite vocata atque conſtituta.„

*i*) Denominationis huius rationem divinare voluit cit. DEINZER *in cit. Diſſ. cap.* 2. §. 3. *pag.* 29. Varias *clericorum denominationes* alias recenſet

cenſet *Erhard.* SPITZ *in Diſs. de iuribus viduarum clericorum & Profeſſorum, Altorfii* 1712. *edita, ibidemque* 1719. *recuſa*, §. 2. ubi tamen & hoc inprimis notandum eſt, vocabulum: *Pfaff*, licet honorificum olim fuerit, ipſique Principes Eccleſiaſtici dicti fuerint Pfaffen-Fürſten, hodienum tamen exoſum eſſe, & videri prorſus ignominioſum, ita quidem ut iniuriarum reus fiat ſacerdotem nominans, du Pfaff, ceu obſervavit LAUTERBACH *in Colleg. theor. pract. Pandect. lib.* 47. *tit.* 10. *de iniuriis & famoſis libellis.* §. 16. Conf. quoque *I. C. N. vernünftige Gedanken über allerhand hiſtoriſche, critiſche und moraliſche Materien, II. Theil, Frankf.* 1739. 8. *num. VI. Wörter, die anfænglich eine gute Bedeutung gehabt, nachgehends aber in üblem und equivoquen Verſtande genommen worden. pag.* 44.

k) *Miniſtri eccleſiæ*, hodienum quoque, docente *Jo. Petro* GRÜNENBERGIO *in Diſs. de divina ſancti miniſterii conſtitutione, ex Epiſtola Pauli ad Titum, cap.* 1. *v.* 5. *Roſtoch.* 1706. 4. *neceſſarii, Clericorum* nomine inſigniuntur, iisque opponi plerumque ſolent laici, ex mente iuris Canonici a ſpiritualibus remoti per *c.* 2. *Diſtinct.* 63. & *c.* 1. *Diſtinct.* 96. & per Aſinam Balaami, iuxta Gratianum poſt *Can.* 41. *cauſſ.* 2. *qu.* 7. ſignificati; ex mente autem Evangelicorum, iuxta tradita B. ENGAVII *in Elementis Jur. Can. lib.* 1. *tit.* 2. §. 9. clericorum quoque & ſacerdotum nomine in ſenſu myſtico inſigniendi. Conf. S. A. MIZLERI *Diſs. de diſtinctione clerici & laici, Vitemb.* 1697. & *Jo. Nic.* QVISTORP, *diſs. de ſacerdotio fidelium N. T. ſpirituali, Roſtoch.* 1706. 4. Clericos divinis fungentes miniſteriis, dictos olim fuiſſe idiomate Germanico *Gottes Ehwarten* obſervavit DIETHERR *in Continuatione Theſauri Beſoldiani, artic. Prieſter, Prieſter-Ehe*, ubi inter alia ſcribit: „ In der alten Frænkiſchen Beicht, quam eruit MÜNSTER *Cosmogr. lib.* 3. *c.* 6. ſtehet inter cætera: *Unti die Gottes Ehwarten*, pro: „und die Gottes Prieſter. Der *Prieſter, ſo des Geſezes wartet*, wird „*der Ehewart*, und der Hoheprieſter Aaron der hœchſte Ehewart genennet.„ Quæ ipſa DIETHERRI *Obſervatio eximiam* accipit lucem ex verſione antiqua *verſus* 16. *cap.* 2. *Epiſtolæ divi Pauli ad Galatas:* „ Wann wir wiſſen, daſs der Menſch nitt wirt gerechtfertiget aus „den Werken der *ee*, nur durch den Gelauben Jeſu Chriſti.„ quæ occurrit in *Bibliis Germanicis, an.* 1507. & 1518. Auguſtæ Vindelicorum editis a *Johanne Rynmanno*, Bibliopola Auguſtano, cuius meminit admodum reverendus *Jo. Chriſt.* WIBEL *in der Hohenlohiſchen*

*Kirchen-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0025-0

*Kirchen- und Reformations-Hiſtorie, I. Theil, I. Abtheilung, in dem Anhang von dem Bibeldruck Johann Rynmanns, Buchhændlers zu Augſpurg, der von Oehringen gebürtig geweſen, pag.* 301. ubi poſt verba verſionis dictæ: „*aus den Werken der ee*„ obſervat, quod antiquo idiomate germanico lex dicta fuerit *Ee*. Eandem ipſam ſignificationem antiquam notavit quoque *Jo. Chriſtoph.* BECMANVS *in Meditationibus politicis, cap.* 7. §. 2. *pag.* 92. *Francof. ad Viadr.* 1639. & provocando ad antiquiorem adhuc editionem Bibliorum, Auguſtanam nempe de anno 1490. obſervavit, quod in antiquiſſimis Bibliorum verſionibus Germanicis legatur non ſolum *Levitici cap. XIII. dieſes iſt die Ee des Ausſazes, & II. Chronicor. XXXII. das Buch der Ee;* ſed ipſum quoque Devteronomium dicatur *das Buch der andern Ee.* In eodem ſignificatu adhibitam eſſe vocem *Ee* in pervetuſta *editione Bibliorum Germanica, Moguntiæ* 1462. *impreſſa*, & in Bibliotheca Ducalis Conſiſtorii Stuttgardiæ conſpicua, patet ex illius *Recenſione*, quam dedit Monaſterii Bebenhuſani Profeſſor Digniſſimus *Henr. Guilielm.* CLEMM *in Amœnitatum academicarum Faſciculo II. Stuttg.* 1754. 8. *pag.* 151. *ſeqq.* Licet autem hæc ipſa vox *Ee* generalem ſuum amiſerit ſignificatum, factaque ſit propria coniugii denominatio, ex hac tamen, quod coniugium legem producat firmiſſimam, coniungendas obligantem perſonas, ratione contigiſſe videtur reſtrictio iſta, uti & coniugium, obſervante cit. BECMANO, *cit. loc.* ab Anglis vocabulo, ſine dubio ab adſinis Dialecti Belgicæ voce Wette, itidem legem ſignificante, derivando, *Wedding* dicitur. De cetero antiquiorem iſtum vocis *Ehe* ſignificatum confirmat etiam uſitata adhuc hodienum impedimentorum legalium, a contumacia excuſantium, denominatio, qua vocantur *Ehehafften*, uti patet ex. gr. ex *Jure provinc. Würtemb. Part. I. tit. XIV.*

*l*) Quum, obſervante *Jo. Frieder.* KAYSERO *in Commentatione iuridica de pœna regradationis, tam eccleſiaſticæ, quam civilis, Gieſſæ* 1728. *edita, recuſaque* 1755. *Sect. I.* §. 17. ſuperioribus ſæculis, quidquid bonarum litterarum ſupererat, ad ſolos propemodum clericos monachosque ſe recepiſſet; factum eſt, ut *clericorum nomine* adpellarentur *litterati homines*, hisque ipſis eatenus quoque opponerentur *laici.* Eadem ratione in *Ordinatione Judicii imp. aul. Ferdinandi I. Imp. in Mantiſſa I. ad Jo. Chriſtophori ab* VFFENBACH *Tractatum ſingularem & methodicum de excelſiſſimo Conſilio Cæſareo-imperiali aulico, vom Kayſerlichen Reichs-Hofrath, Viennæ anno* 1683. *in fol. editum,* eadem-

eademque forma *Francofurti* 1700. *recuſum, pag.* 7. *a Conſiliariis* imperialibus aulicis, *ex litteratorum ordine deſumtis diſtinguuntur laici:* „Dieſelb Umfrag ſoll abgewechſelt, zwiſchen den *Layen* und *gelehr-* „*ten Ræthen*, je einen um den andern gehalten, und mit Frag der er- „ſten Stimm, in Sachen die Juſtitien im heil. Reich betreffend, *an den* „*Gelehrten*, aber in Staats- Lands- und andern Sachen *an den Layen* „angefangen werden.„ cui ipſi diſpoſitioni, *in Kayſer Rudolphi II. Reichs-Hofraths Inſtruction tit.* 5. *pag.* 12. *cit. Mantiſſæ Uffenbachianæ* iisdem verbis repetitæ, iungi meretur *Ordinatio Jud. imp. aul. a Ferdinando III. A.* 1654. *promulgata, tit.* 1. §. 9. & *tit.* 5. §. 7. *in cit. Mantiſſa ad Uffenbachii tractatum &c. pag.* 51. & 63. *ſeq.* nec non in celeb. *Frieder. Caroli* MOSERI *Pragmatiſchen Geſchichte und Erlæuterungen der Kayſerl. Reichs-Hofraths-Ordnung, I. Band, pag.* 294. *ſeq.* & 339. *ſeq. Frankf. und Leipz.* 1751. 8. unde ſatis adparet, quinam in antiquiori iſta ordinatione diſtincti fuerint ab ordine ſcamnoque litteratorum. Conf. quoque *Jo.* DECKHERRI, *Concordia Supremorum tribunalium Sacr. Rom. Imperii, ſive Relectiones tractatus ſingularis & methodici de excelſiſſimo Conſilio Cæſareo imperiali aulico Jo. Chriſtoph. ab* VFFENBACH, *pag.* 44. & 45. *edit. Wezlarienſis de anno* 1722. *in Eiusd.* DECKHERRI *Conſultationum forenſium libro II.*

## §. IV.

### QVATENVS CLERICI SVBSINT POTESTATI PRINCIPIS TAM QVOAD OFFICIVM, QVAM RELIQVAM VIVENDI RATIONEM, OSTENDITVR.

Quemadmodum vero univerſa in genere eccleſia (§. II.): ita in ſpecie quoque eius miniſtri, *Clerici*, ſubſunt *a*) poteſtati Principis, qui ipſe etiam, eiusque nomine & iure Conſiſtorium, in primis providet, ut non ſolum ad ſubeunda eccleſiæ munera modis *b*) vocentur legitimis *c*), & conſtituantur *d*) viri, debitis inſtructi *e*) qualitatibus *f*) doctrinamque in *g*) eccleſia adprobatam (§. III.) profitentes, & pacis *h*) amantes; ſed conſtituti quoque, in prædicando *i*) DEI verbo *k*) & adminiſtrandis *l*) ſacramentis, iuxta normas, tam ab ipſo

 im-

immortali DEO, quam a magiſtratu & principe præſcriptas, (not. e. ad §. III.) ſuis *m*) rite fungantur *n*) officiis, horumque ratione debitam, eamque *o*) honorificam, nec demum ab auditoribus ſuis extorquendam aut *p*) emendicandam, accipiant *q*) ſuſtentationem, eo magis neceſſariam illis optandamque, quo magis ipſorum quoque munerum eccleſiaſticorum gravitas *r*) dignitasque viros requirit, a ſtudiis *s*) & laboribus *t*) aliis, negotiisque *v*) ſæcularibus admodum *x*) alienos.

*a*) Conf. *Jo. Petr. de* LVDEWIG, *Diſs. de præcipuo principis Evangelici, Hal.* 1719. *cap.* 4. §. 3. *pag.* 17. *Chriſt.* THOMASII *Diſs. de foro competente, & ſubiectione Clericorum ſub poteſtate civili, Hal.* 1709. *ibid.* 1739. 4. & *Illuſtr. Jo. Erneſti* FLOERCKEN, JCti in Regia Friedericiana primarii, *Erœrterung der Rechtsfrage: ob iemand beſonders ein Geiſtlicher, wie auch ein Academicus, desgleichen ein Soldat, ſeines befreyten Gerichtsſtandes ſich begeben kœnne? Hal.* 1758. 4.

*b*) *Neminem, niſi rite vocatum*, ad publice docendum & ſacramenta adminiſtranda *admittere Auguſtanam Confeſſionem*, docetur in §. 10. *Diſſertationis hiſtorico-theologicæ de iure docendi in conventibus ſacris*, quam Præſide, S. R. *Jo. Friedr.* COTTA, fautore meo pie ſuſpiciendo, *A.* 1755. hic defendit doctiſs. *Guil. Chriſtoph.* GLANZ. *Modum* vero *iusque* miniſtros eccleſiæ *vocandi* & *conſtuitendi* univerſæ eccleſiæ vindicavit AVCTOR peculiaris ſcripti, quod *Francofurti anno* 1722. 4. prodiit ſub tit. *Jus vocandi paſtores & ludimoderatores toti eccleſiæ vindicatum, d. i. das einer gantzen Evangeliſchen Gemeinde rechtmæſſig zukommende Berufungsrecht der Prediger und Schuldiener, Rechtsgegründet entworfen.* Qui ipſe *modus*, iuxta tradita *citati* HERMANSON *in cit. Diſs. de cura ſacrorum civili*, §. 26. *pag.* 29. *Juſt. Henn.* BOEHMERI *in Diſs. de iniuſtitia vocationis factæ ad clamorem populi, Hal.* 1703. 4. §. 5. *ſeq.* & *Jo. Godofr.* KRAVSII *in Diſs. de concione docimaſtica, Germanis Prob-Predigt dicta, Vitemb.* 1720. 4. §. 9. *pag.* 23. *originarius* hodienum adhuc *in eccleſia*, quæ *Wezlariæ* floret, *Evangelica* obſervatur, in qua ipſa (excepta unius paſtoris, a tribus e capitulo Catholico, & tribus ex magiſtratu Evangelico deputatis Electoribus facienda electione, quam cum ipſa electi hoc modo Parochi Evangelici inſtallatione & ordinatione, a Decano Catholico facienda,

cienda, deſcriptam videmus in *Sicilimentis ad hiſtoriam civitatis imperialis Wezlarienſis, a Ge. Melchiore de* LVDOLF *ſubiectis Obſervationum forenſium continuationi, Wezlariæ* 1732. 4. *editæ*) e candidatis, tabulæ cuidam, altari imponendæ inſcriptis, vacante ille potitur munere, cuius nomini plurimi cives, eccleſiæ membra Evangelicæ, cretæ ſignum adponendo, *einen Strich machen*, ſuum adiiciunt calculum. Similis in eligendo paſtore conſuetudinis mentio non fit ſolum in Conſilio Facultatis Juridicæ Halenſis, quod exhibet *cit.* BOEHMER *in cit. Diſs. de iniuſtitia vocationis factæ ad clamorem populi*, §. 28. *pag.* 31. *ſeq.* ſed in ſpecie quoque in *Jo. Conr.* PEIERI *Exercitatione de iure patronatus in territorio alieno*, *cap.* 5. §. 11. *pag.* 58. & 59. ubi inter alia refert quoque *exemplum eccleſiæ ad D. Petrum Tigurinæ*, paſtorem & Diaconum ſibi eligendi ius ita habentis, ut omnes parochiani maſculini ſexus, ſacræ participes facti evchariſtiæ ſua viritim ferant ſuffragia. Ad hunc ipſum modum originarium, innumeris obnoxium difficultatibus, ſuo modo reſpexit *die Hochfürſtlich Würtembergiſche groſſe Kirchenordnung*, poſtquam in *fol.* 152. *ſeqq.* ius conſtituendi miniſtros eccleſiæ ſimpliciter tales, ſalvo tamen iure patronatus cuicunque competente, vindicaverat conſiſtorio, tandem *fol.* 161. ſtatuens: „So iſt auch „ferner Unſer Will und Meinung, daſs keiner Kirchen, wider ihren „Willen, ohne ſonderlich billich und beweglich Urſach, ein Kirchen„diener aufgedrungen werde, - - daſs alſo die Kirch ihr Vocation „auch ordentlich habe und behalte. Eadem principia de non obtrudendo eccleſiæ invitæ parocho defenſa videmus tam in BRVNNEMANNI *Jur. eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 5. §. 5. *pag.* 42. *ſeqq.* quam in cit. PEIERI *Exercitatione de iure patronatus in territorio alieno*, *cap.* 3. §. 3. *pag.* 28. *ſeq.* & *cap.* 5. § 8. *pag.* 55. *ſeq.* ubi tamen & hoc quoque notandum eſt, *diſſenſum populi, ſine iuſta refragantis cauſſa, ipſam non impedire vocationem*, ceu obſervavit *Bened.* CARPZOV. *in Jurisprudent. Conſiſtor. lib.* 1. *def.* 30. *num.* 9. *ſeqq.* & *def.* 32. *num.* 7. *ſeqq.* De *vocatione ad paſtoratum ſub conditione matrimonii, cum defuncti paſtoris vidua, aut filia ineundi, von der Vocation unter der Schürtze*, peculiarem *Commentationem* edidit *Gottlieb* SLEVOGT, *Curiæ Provincialis Saxonicæ Advocatus, Jenæ* 1733. quæ recuſa ibidem fuit 1748. 4. & inprimis §. 10. conditionatam eiusmodi vocationem reprobavit. Quatenus vero *tolerari illa* adhuc poſſit, docuit *Elias Auguſt.* STRYCK *in Diſp. de matrimonio ex ratione ſtatus*, *cap.* 2. *num.* 60 - 65. *pag.* 26. *ſeqq.*

t) Exempla eorum, qui recreandi animi, vel movendi corporis cauſſa *opificia iunxerunt litterarum ſtudio*, quamvis non deficiant, hæcque ipſa conſuetudo, de qua vid. *Chr. Wilh.* LOESCHERI *Commentat. de veterum conſuetudine litterarum ſtudio opificia iungendi, Vitemb.* 1696. & *Henr.* LINCKII *Diſs. de Clerico artifice & negotiatore, Altorf.* 1692. nec hodienum dici poſſit illicita; non tamen exercere publice opificia poſſunt clerici, quibus commendanda eatenus eſt diſpoſitio, in *Cynoſura eccleſiaſt. Würtemb. cap.* 3. *pag.* 243. contenta: „Sollen ſich „*ungebührender Handthierungen*, und ſchimpflicher *Arbeiten*, oder „œffentlicher *Bauren-Geſchæften*, auſſerhalb hœchſtangelegener Noth, „enthalten:„ cui iungantur ea, quæ leguntur in BRVNNEMANNI *Jur. eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 4. §. 10. *pag.* 37. Reprehenſione igitur haud indignus erat paſtor iſte, ſcriniarium agens, mortuisque eccleſiæ ſuæ membris loculos conficiens, cuius meminit laudatus KAESTNER *in cit. Diſs. de Clerico iuris perito, §. XI. not. d) pag.* 12. & 13. *Rei œconomicæ curam* habere miniſtros eccleſiæ, monet *Cynoſura eccleſ. Würtemberg. cap.* 2 *pag.* 237. nimiam, ſacroque indignam miniſterio, a debita rectaque cura ſequentibus diſtinguens verbis: „Sie ſollen - - nach „verrichteten Predigten die Bücher nicht gantz zurück legen, noch ſich nur „auf die Hauſshaltungen, (deren ſie doch neben Verſehung ihrer Vocation, als getreue Væter, auch mit Fleiſs warten ſollen) und eigenen Eintrag begeben;„ cui diſpoſitioni iungenda eſt ea, quæ legitur *cap.* 3.

*pag.*

*pag.* 242. & 243. ubi inter alia dicitur: „ ſollen nicht mit wucherlichen „ Contracten umgehen - - ſollen nicht unterm Schein und Vorwand der „ Dürftigkeit einen unziemlichen Gewinn mit Ihrer ſelbſt, und des Miniſte- „ rii Verachtung, auch der Gemeinen Aergerniſs ſuchen, „ Conf. quoque tam *Ordinat. Electoral. Saxon. de A.* 1584. *tit. vom Leben und Wandel der Pfarrer.* §. *Es ſollen auch.* cuius diſpoſitio repetita legitur *in den General Articulis, wie es mit denen Pfarrern und Kirchendienern gehalten werden ſoll, art.* 16. *in Corpore Saxonico novo pag.* 217. *Ordinatio provincialis Saxo-Gothana P. I. c.* 3. *tit.* 8. & *Sachſen-Weimariſche verbeſſerte Kirchenordnung cap.* 18. & 19. *pag.* 395. & 397. quam etiam *cap.* 1. *X. ne clerici vel monachi ſæcular. negot. cap.* 15. & 16. *X. de vita & honeſtate clericorum. c.* 2. *Diſtinct.* 88 nec non *can.* 3. & 4. *cauſſ.* 14. *Quæſt.* 4. *Ahasv.* FRITSCH tam in *Obſervationum Jur. eccleſiaſt. practicar. obſervatione* 2. *in Opuſculor. Vol.* 1. *P.* 2. *tract.* 4. quam in *Diſcurſu de Jure Oenopolii cap.* 2. *num.* 24. *Chriſt.* SPECHT *Diſſ. de ſtabulis, cauponis, tabernis & hoſpitiis mercenariis, Vitemb.* 1739. 4. *pag.* 5. *Mich.* GRASS *Diſſ. de negotiatione Clericorum prohibita, Tub.* 1705. 4. Quemadmodum vero hæc omnia in eo conveniunt, quod a miniſtris eccleſiæ vitandum ſit omne id, quo a ſuis abſtrahi poſſunt officiis; ita notanda in ſpecie quoque eſt provida Principis noſtri potentiſſimi, Sereniſſimi Domini Ducis, CAROLI, diſpoſitio, non ſolum *miniſtros eccleſiæ*, ſed & *canditatos miniſterii*, *ſtudioſosque Theologiæ a contrahenda cambiali obligatione* prohibens *in der Herzoglichen Würtembergiſchen Wechſel- und Wechſelgerichts-Ordnung*, *Stuttg.* 1759. *fol.* §. 4. *pag.* 9. „ die Kirchen- und Schuldiener, wie auch Candidati Mi- „ niſterii und Studioſi Theologiæ ſollen von Ausſtellung der Wechſelbrief „ und Wechſelmæſiger Verſchreibungen gænzlich ausgeſchloſſen ſeyn, der- „ geſtalt, daſs, wenn von ihnen dergleichen dennoch gegeben würden, „ ſie die Kraft eines Wechſels nicht haben, ſondern nur pro nudis chi- „ rographis gehalten, und alſo nach dem Jure ordinario tractirt werden „ ſollen. „ Eodem fere modo *in Saxonia Electorali* omnibus, in miniſterio eccleſiaſtico conſtitutis perſonis ademta eſt contrahendæ obligationis cambialis libertas per *Reſcriptum de anno* 1711. non ſolum in transgreſſores clericos ſuſpenſionis remotionisve pœnam ſtatuens, ſed præterea quoque, ut *litteræ cambiales*, *a clerico datæ*, *pro nudo haberi debeant chirographo*, addita generali, ut ab obligationibus clericorum cambialibus quilibet ſibi caveat, admonitione, diſponens. Conf. *Juſt.*

 *Henning.*

*Henning.* BOEHMERI *Jus eccleſiaſt. proteſt. tom. 2. lib. 3. tit.* 23. *pag.* 924. *Jo. Flor.* RIVINI *Diſſ. de Clerico cambiante, Lipſ.* 1739. 4. §. 14. *pag.* 22. *&* 23. & *Jo. Chriſt.* HEDLERI *Poſitiones de perſonis, quæ cambia dare poſſunt, vel non. Vitemb.* 1751. 4. §. 13. *pag.* 8. Quam certum igitur eſt laudatam utramque legem, (cui etiam conformem eſſe *Ordinationem Cambialem Altenburgenſem*, & nominatim excludere die Geiſtlichen, obſervat cit. RIVINVS *cit. Diſſ.* §. 7. *&* 33. *pag.* 14. *ſeq. &* 39. *ſeq.*) clericos ab obligatione cambiali eximentem, & in ſpecie *Ordinationem Würtembergicam*, exceptionem iſtam a miniſtris eccleſiæ etiam ad candidatos miniſterii & ſtudioſos Theologiæ extendentem, providæ laudem ſapientiæ mereri; tam indubium tamen eſt quoque, *deficienti tali ſtatuto, vigorem etiam quoad clericos manere cambialibus obligationibus*, quum illi ab hisce regulariter non ſint excepti, obſervantibus *Juſt. Henning.* BOEHMERO tam *in Diſſ. de Clerico debitore, Hal.* 1715. *cap.* 3. §. 3. *ſeq.* quam *in Jure eccleſiaſt. proteſt. cit.* loc. *pag.* 925. cit. RIVINO *cit. Diſſ.* §. 5. 6. *&* 7. *pag.* 11. & FLOERCKEN *cit. Erörterung der Frage: Ob iemand, beſonders ein Geiſtlicher &c. ſeines befreyten Gerichtsſtandes ſich begeben könne? not. q) ad* §. X.

*v*) Incongruam fuiſſe illam *muneris eccleſiaſtici cum officiis ſæcularibus* coniunctionem, cuius ex antiquo viſitationis, ante reformata ſacra factæ, protocollo, iam cit. *Ern. Jo. Frieder.* MANTZEL *in Diſſ. de iure patronatus, ad creditores & prædiorum ſub haſta emtores non transeunte, Roſtoch.* 1752. §. 12. *pag.* 8. verbis mentionem facit ſequentibus: „Quando devenitur ad urbem Gnoiam, quæ antiquiſſimis temporibus „dicitur Lütten-Roſtock, occurrit Paſtor Henrich Parchmann, ad „quem legitur: *Iſt auch J. F. G. Küchenmeiſter und Zöllner.*„ nemo ibit inficias, licet de cetero ex ulterioribus laudati viri traditis §. 10. 11. & 12. pateat, ſæpius illo tempore adminiſtrationem ipſorum munerum eccleſiaſticorum relictam fuiſſe vicariis, in antiquis chartis Mecklenburgenſibus dictis *Koſtknechte, Miethlinge, Locaten.*

*x*) Ultimo tandem loco notanda adhuc eſt, *negotiis alienis abſtinere, vitamque imitatione dignam gerere*, clericos iubens duplex diſpoſitio cit. *Cynoſuræ eccleſiaſt. Würtemberg. cap.* 2. *pag.* 231. „Sie ſollen — — „nicht fremder Hændel (mit denen Sie nichts zu thun, auch ihr Amt „und Vocation nichts antreffen, und damit ſie zu allerley Unruh und „Widerwillen Urſach geben) ſich annehmen„ & *cap.* 3. *pag.* 244.

„Sollen

„Sollen ſich — — ſo wohl in der Lehr, als ihrem Leben und Wandel, „exemplariſch erzeigen und verhalten.„ cum qua ipſa diſpoſitione coniungi non ſolum merentur ea, quæ diſpoſuit cit. *Sachſen - Weimariſche Kirchenordnung cap.* 19. §. 1. ubi indicatis plurimis vitæ, Clericis dignæ, punctis hæc tandem adduntur: „und in in Summa allenthalben und in „allem chriſtlich und alſo verhalten, daſs ſie niemand, bevorab ihren „Pfarrkindern, kein Anſtoſs noch Aergerniſs geben, ſondern mænnig„lich mit guten Exempeln vorgehen.„ ſed etiam ſequens ipſius *Concilii Tridentini ſeſſ.* 22. *de reformatione c.* 1. diſpoſitio: „Nihil eſt, „quod alios magis ad pietatem & Dei cultum adſidue inſtruat, quam „eorum vita & exemplum, qui ſe divino miniſterio dedicarunt. Quum „enim a rebus ſæculi in altiorem ſublati locum conſpiciantur, in eos „tanquam ſpeculum reliqui oculos coniiciunt, ex iisque ſumunt, quod „imitentur &c.„ Conf. iam laudati *J. H.* BOEHMERI *Jus parochiale ſect.* 3. *cap.* 1. §. 60. *ſeqq.* Quomodo munerum eccleſiaſticorum dignitati ipſi nonnunquam eccleſiæ miniſtri ſua vivendi ratione derogent, adparet ex *Succincta Disquiſitione de cauſis contemtus miniſterii eccleſiaſtici*, quam *Francofurti ad Mœnum* hoc ipſo *anno* 1759. *in* 8. edidit *M. Fr. Andr.* WALTHER, Paſtor prim. Haſſo - Homburgenſis, cui iungi poteſt laudati *C. M.* PFAFFII *Diſſ. de vitiis eorum, qui ſacris operantur, & medela rebus hic adhibenda, Tubing.* 1719. 4.

## §. V.

### IVS PRINCIPIS CIRCA SACRAMENTA GENERATIM DESCRIBITVR, ET CIRCA BAPTISMVM IN SPECIE CONSIDERATVR.

Dicta, quam Principi circa *a*) ſacramenta generatim competere dixi, (§. III.) cura proviſioque conſtituit *Jus Principis circa Sacramenta*, quod dici poteſt facultas Principis, immediate ex eius poteſtate & iuribus circa ſacra (§. II.) fluens, ordinandi ac dirigendi ea, quæ externa *b*) ſacramentorum reſpiciunt, eum in finem, ut hæc ipſa, ſecundum formam a Chriſto præſcriptam, & ab eccleſia olim receptam rite adminiſtrentur. Quod ipſum ius circa ſacramenta in ſpecie ſe exſerit circa ſacra-

cramentum initiationis, *Baptiſmum c)*, quem hic conſideramus tanquam *d)* actum, quo quis mediante *e)* aqua & adhibitis *f)* verbis: ego te baptizo in nomine Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti, in eccleſiam chriſtianam *g)* recipitur. Recipiuntur autem in illam per baptiſmum non illi ſolum, qui *expreſſum h) conſenſum*, in adultis & fari potentibus neceſſarium, declarant, ſed & illi, quorum *conſenſus præſumtus* adeſt, qualis ſufficit in infantibus *i)* Chriſtianorum *k)*, quos per baptiſmum in ſuum quoque ſinum recipit eccleſia.

*a)* De varia vocis *Sacramenti* ſignificatione videri poteſt *du* FRESNE *in Gloſſario*, & BRISSONIVS *de Verborum ſignificat. voc. Sacramentum.* Quod eccleſia Romano-*catholica* vi *Concilii Tridentini ſeſſ.* 7. *cap.* 1. *ſeptem* habeat *Sacramenta*, *Evangelica* autem *duo* tantum, *baptismum* nempe & *ſacram cœnam*, agnoſcat, obſervavit cit. *Auguſtin. de* BALTHASAR *cit. Diſſ. de iure principis circa baptismum, Cap.* 1. §. 7. *in not. pag.* 12. *&* 13. Conferatur quoque fratris mei dilecti, *Jo. Andr.* TAFINGERI *Diſſ. de ſacramentis generatim* ſpectatis, ſub Præſidio *B. Siegism. Jacobi* BAVMGARTEN *Halæ* 1753. defenſa, & quæ primo loco nominanda fuiſſet, S. R. *Chriſtoph. Frieder.* SARTORII *Exercitatio Theologica dogmatica de Sacramentis in genere*, hic ante aliquot demum edita hebdomadas.

*b) Sola Sacramentorum externa* dirigere poſſe Principem, obſervavit iam cit. DEINZER *cit. Diſſ. de obligatione ſtricta miniſtrorum eccleſiæ, cap.* 2. §. 6. *pag.* 35. ubi tamen & hoc notandum eſt, ſacramentorum ſubſtantialia ſeu eſſentialia & naturalia, uti quoad baptiſmum ſpeciatim fecit cit. BALTHASARIANA *Diſſ. de iure principis circa baptismum*, ab accidentalibus & externis probe eſſe diſtinguenda. Conf. quoque *Siegism. Jacobi* BAVMGARTEN *Diſſ. de periculoſa Sacramentorum in cærimonias, & harum in Sacramenta permutatione, Hal.* 1753.

*c) Originem baptismi* repetunt nonnulli a baptiſmo initiationis, apud Judæos uſitato, & a SELDENO *de Synedriis Lib.* 1. *c.* 3. nec non *Jo.* SPENCERO *de legibus Hebræorum ritualibus cap.* 13. *ſect.* 1. *p.* 1108. *edit. Tub.* 1732. pluribus deſcripto, inter quos inprimis nominandus eſt *Jo. Andr.* DANZIVS *in Diſſ. de baptismo proſelytorum iudaico, Jen.* 1699. qui ipſe, quum varios ea de cauſſa nactus eſſet adverſarios,

&

& inter alios *Gottlieb* WERNSDORF *Diſſertationem de Baptiſmi Chriſtianorum origine mere divina*, *fautoribus baptiſmi proſelytorum oppoſita*, *Vitemb.* 1710. edidiſſet, ſcripſit *Antiquitatem Baptiſmi initiationis Iſraëlitarum vindicatam contra adſcribentem ipſi originem Chriſtianam*, *Jen.* 1710. Eandem ſententiam ſuam quoque fecit ſæpe laud. FLOERCKEN *in Obſervat. ſelect. ad Schilteri Inſt. Jur. Can. lib.* 2. *tit.* 2. §. 3. ab illa autem recedit cit. *de* BALTHASAR *cit. Diſſ. cap.* I. §. 7. *not.* *) *pag.* 13. & 14. In genere de hac materia videri etiam poſſunt *Jac.* ALTINGII *Diſſ. de Proſelytis & eorum baptismo*, *in Volum. Diſſertatt. Grœning.* 1671. *Diſſ* 7. *pag.* 236. *Barthold.* HOLZFVS *Diſſ. de baptismo Judaico Chriſtiano*, *Francof.* 1702. *Guſtav. Ge.* ZELTNER *Diſſ. de initiis baptismi initiationis Judæorum*. *Altorf.* 1711.

*d*) Eodem modo baptiſmum conſideravit & deſcripſit *B.* ENGAV. *cit. Elem. Jur. Can. lib.* 1. *tit.* 30. §. 300. & 306. unde patet, huc non pertinere baptiſmum *campanarum* in eccleſia Romano-catholica uſitatum, cuius adprobationem in ſæculo X. quærendam eſſe, adparet ex *Frieder.* SPANHEMII *Introductione ad Chronologiam & hiſtoriam ſacram*, *Amſtelod.* 1694. 4. *pag.* 949 & 950. Conf. *Jo. Chr.* LÜNIGII *Theatrum Cærimoniale hiſtorico Politicum*, *II. Theil*, *XV. Cap.* ubi exhibetur *num. XVIII. Nachricht, mit was Ceremonien bey denen Catholicken die Glocken getauft werden*, *p.* 307. & *num. XLI. Ceremoniel, ſo bey der Taufe einer Glocke in unſerer l. Frauen Kirche zu Paris anno* 1682. *obſervirt worden*, *pag.* 332. & 333. *W. Gabr.* PACHELBL *a* GEHAG *Diſſ. de ſuperſtitionibus*, *an in foro ſoli ſint punibiles?* 1685. *pag.* 12. & 13. *Io.* KAHLER *Diſſ. XVII. ſuper articul. Smalcald. exhibens ex parte III. artic. XIV. & XV. de votis monaſticis & humanis traditionibus*, *Rintel.* 1710. 4. *ſect. II.* §. 5. *B. Gottlob Aug.* IENICHEN *Proluſio academica de Patrinis eorumque origine, numero & ſexu* §. 4. *Gieſſ.* 1757. *recuſ. Lips.* 1758. *D. Gottfr. Rud.* POMMERS *al.* BVGENHAGEN *Samlungen hiſtoriſcher und geographiſcher Merkwürdigkeiten*, *herausgegeben von Abrah. Gotth.* KAESTNER *Altenb.* 1752. 8. *pag.* 23. & *Iac. Friedr.* LVDOVICI *Diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa campanas*, *Hal.* 1708. *recuſ. ibid.* 1739. *cap.* 1. §. 13. *ſeqq.* qui tres poſteriores ſcriptores exhibent *litteras* ad ſuſcipiendum *patrinorum* in actu baptizationis campanæ munus *invitatorias*. *De Origine campanarum in eccleſiis* adhiberi ſolitarum generatim videri poteſt *W. C. I. C. Antiquariſche Nachricht von den Kirchenglocken*,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0051-4

*in der Zugabe zu den Hannoveriſchen gelehrten Anzeigen vom Iahre* 1754. *Num. II.*

*e*) *Subſtantialia* nempe *Baptiſmi* conſiſtunt in *verbo* & elemento, i. e. *aqua*, adeo ut, ſi vel alterum eorum fuerit omiſſum, collatus non cenſeatur eſſe baptiſmus, uti recte expreſſis etiam verbis ſtatuit INNOCENTIVS *III. P. R. in cap.* 5. *X. de baptiſmo & eius effectu.* Conf. *cit.* FLOERCKEN *in cit. Obſervat. ad* SCHILTERI *Inſt. I. C. lib.* 2. *tit.* 2. §. 12. *I. H.* BOEHMER *in Iur. Eccl. Prot. lib.* 3. *tit.* 42. §. 20. *Abrah.* BATTVS *in Diſp. de baptiſmi virtute & efficacia*, *Gryphisw.* 1655. *rec.* 1690. *Theorem. I.* §. 3. *pag.* 3. & 4. Ob eandem quoque dicti utriusque ſubſtantialis neceſſitatem, quam agnovit quoque iam cit. *Hochfürſtl. Würtembergiſche groſſe Kirchenordnung fol.* 93. & *Cynoſura eccleſ. Würtemb. cap.* 23. *pag.* 434. nec non cit. *Sachſen Weimariſche verbeſſerte Kirchenordnung*, *lib.* 2. *cap.* 12. §. 3. *pag.* 358. & *Ordinat. eccleſiaſt. Elect. Saxon. Gen. art. cap.* von der Nothtaufe, *apud Nic. Chriſtoph. de* LYNCKER *in Diſſ. de baptiſmo, Jen.* 1685. *rec. ibid.* 1690. *cap.* 3. §. 3. nulli dubitant Evangelici, infantem alio in caſu neceſſitatis baptizatum liquore, denuo eſſe baptizandum, uti etiam factum legimus in caſu ſingulari, quem refert cit. *Ge. Henr.* GOETZIVS *in Meletematibus Annabergenſibus num. X. de concionatoribus Caſtrenſibus vulgo Feldpredigern*, *pag.* 538. Quod *miniſter eccleſiæ ſalva conſcientia ad baptizandos divitum liberos non adhibere poſſit aquam Roſarum? in Theſibus ex ſingulis Jurisprudentiæ ſpeciebus*, *Præſide D. Jerem.* Eberh. LINCKIO cenſuræ ſubiectis a *Frieder. Alberto* ZENTGRAFF *Argent.* 1711. obſervatum eſſe, teſtatur *die gelehrte Fama*, *Parte XIV. Lips.* 1712. *pag.* 124. *Immerſionis*, (de qua: an trina eſſe debeat, an vero una ſimplexque ſufficiat? teſte *Joach.* HILDEBRAND *in cit. hiſtoria Concilior. pag.* 186. ſæculo VII. in Concilio Toletano IV. quæſitum fuit) in orientalibus eccleſiis adhuc hodienum, olimque etiam docente BOEHMERO, *in cit. loc.* non Caroli M. ſolum temporibus, ſed ſæculo etiam XII. in eccleſiis Occidentalibus uſitatæ loco receptam eſſe videmus *trinam adſperſionem*, in baptizandis *Clinicis* ſeu *Grabatariis*, de quibus vide cit. HILDEBRANDI *libellum de hæreſibus A. N. C. ad ſæculum XVI. pag.* 49. *edit. Helmſtad.* 1710. olim adhiberi ſolitam, de qua tamen conferri inprimis meretur *Guſtav. Aug.* ZELTNERI *Diſſ. de merſione in baptiſmo Apoſt. larga profuſione inſtauranda*, *Altorf.* 1720. Add. quoque *C.* SCHOTANVS *de baptiſmo vero falſoque*, & *baptiſmo ſine*

*merſione*,

*merſione, Franeck.* 1669. *Trinam adſperſionem* in eccleſiis Wurtembergenſibus adhiberi debere, ſtatutum iam eſt anno 1660. in diſpoſitione, quæ exhibetur in cit. *Cynoſ Eccl. Würt. cap.* 14. *pag.* 355.

*f*) Hæc verba præciſe ſunt adhibenda, & quidem integra, ita quidem, ut, qui baptizati fuerunt adhibita formula: *in nomine Patris, per Filium, in Spiritu Sancto:* vere baptizati non credantur per *c.* 109. *de conſecrat. Diſt.* 4. Conf. iam laudati MANTZELII *Progr.* exhibens *ICtum de Spiritu S. nonnulla meditantem, Roſtoch.* 1758. 4. *pag.* 13. Idem quoque dicendum eſt de illo caſu, ſi verba fuerunt *mutilata*, & quis ex. gr. infantem in aquam immerſerit hac tantum formula: *in nomine Patris, Filii & Spiritus Sancti. Amen*, nec addiderit: *ego te baptizo*, quo caſu non recte cenſetur infans baptizatus ſecundum *cap.* 1. *X. de baptiſmo & eius effectu*, cuius hiſtoriam & occaſionem plenius refert & illuſtrat MANRIQVE *tom. III. Annal. Ciſterc. ad ann. MCLXXVI. c.* 6. *n.* 2. *ſeqq. pag.* 39. *ſeq.* Longe autem *alia ſtatuenda* eſſe de caſu iſto, ubi per imperitiam vitioſa *contra grammaticam* verba protulit ſacerdos, illaque non nocere baptismo ſtatuit *c.* 72. *de conſecr. Diſt.* 4. Eandem ipſam ob cauſam ad caſum de ſacerdote, linguæ ignaro latinæ, corruptaque hac utente formula: *baptizo te in nomine Patria, Filia & Spiritu Sancta:* a Bonifacio Epiſcopo oblatum, reſpondit Zacharias Papa in *c.* 86. *de conſecr. Diſt.* 4: „—ſi ille, qui „baptizavit, non errorem introducens, aut hæreſin, ſed pro ſola igno„rantia Romanæ loquutionis infringendo linguam, ut ſupra fati ſumus, „baptizans dixiſſet, non poſſumus conſentire, ut denuo baptizetur.„ Totam Epiſtolam Zachariæ P. exhibet cit. *Franciſc.* SYLVIVS *in Additionibus ad Barthol.* CARRANZAE *Summam Conciliorum a S. Petro usque ad Iulium III. Pontif. max. poſt Concilium Toletanum XIII. pag.* 509. Conf. quoque *I. H.* BOEHMERI *I. E. P. lib.* 3. *tit.* 42. §. 21. *Iac. Frieder.* LVDOVICI *Diſſ. de grammatica mala, Hal.* 1720. *rec. ibid.* 1743. §. 30. & 31. *Io.* MICRAELII, *Pædagog. Stettin. Rector. Syntagma hiſtor. eccleſiaſt. lib.* 2. *quæſt.* 24. *pag.* 293. & huius quoque latinitatis mentionem faciens, *Io. Andr.* OSIANDRI, noſtræ olim Academiæ Cancellarii, *Diſſ. de pontificiorum peregrino & ſecreto ſermone, in Canone miſſali, Tubing.* 1696. §. 27. *pag.* 19.

*g*) Ex hac ipſa receptione in eccleſiam, per baptiſmum fieri ſolita, de qua vid. *Mich.* FOERTSCHII *Disquiſit. de indole communionis externæ Chriſtianorum, qua ſententia Cl. V. Campegii Vitringæ ſuper quæſtione:*

*an communio illa ſit abſoluta, an hypothetica? modeſte expenditur, Jen.* 1713. *p.* 9. *ſqq.* explicanda ſunt ea, quæ de conſuetudine, omnes nondum baptizatos pro ethnicis habendi, traduntur in laudat.. SATTLERI *Geſchichte des Herzogthums Würtemberg und deſſen angrenzender Gebiete und Gegenden, IV. Zuſatz ad pag.* 482. §. 22. *pag.* 667. *&* 668. ubi mentionem iniicit litterarum Principis cuiusdam, aliquem ut ſuſceptoris in baptiſmo filii ſui munus ſuſciperet, anno circiter 1540. rogantis hac formula: „ihm behülflich zu ſeyn, daſs aus einem Hey„den durch die Taufe ein Chriſt gemacht werden möchte,„ quæ uti olim inter principes videtur fuiſſe uſitata; ita nunc ab infima nonnunquam adhiberi ſolet plebe. Quod olim Catechumeni per baptiſmum demum plene fuerint in eccleſiam ingreſſi, relatique in claſſem fidelium, obſervavit *Jo. Bened.* CARPZOVIVS *in Diſſ. Theol. ad Librum Auguſtini de catechizandis rudibus, Lipſ.* 1658. 4. §. 14. *pag.* 14.

*h*) *Conſenſus* hic *expreſſus* in ſe quidem ſufficit, non autem ſufficit ſemper cuique miniſtro eccleſiæ facta conſenſus declaratio, uti ex. gr. in Ducatu Würtembergico baptiſmum petens ſuum deſiderium Ducali conſiſtorio, univerſam eccleſiam Würtembergenſem repræſentanti (§. II.) exponere, & ab hoc ad informationem, poſteaque ad ipſum baptiſmum admitti debet. Idem etiam alibi obſervavi, & Judæorum baptiſmum non niſi ex decreto conſiſtorii ſuſcipi, docet ENGAV *cit. Elem. lib.* 1. *tit.* 30. §. 311. allegans ea de re *Ordinat. eccleſiaſt. Magdeb. c.* 3. §. 25.

*i*) De utroque hoc *conſenſu*, tam *expreſſo*, quam *præſumto*, vid. *Jo.* SCHILTERI *Inſtitutiones Jur. Can. lib.* 2. *tit.* 2. §. 8. & AVGVSTINI *de* BALTHASAR *cit. Diſſ. cap.* 2. §. 6. *pag.* 62. *Pædobaptiſmi demonſtrationem & vindicias contra auctorem der unſchuldigen Wahrheiten* præſide *Sigiſm. Jacobo* BAVMGARTEN *Halæ* 1739. defendit *Jo. Frieder.* KLEINSCHMIDT, cui in genere etiam de Baptiſmo infantum iungi poſſunt *Jo. Franc.* BVDDEI *Diſſ. de pædobaptiſmo, Jen.* 1707. *B. Chr. Eberh.* WEISMANNI, poſt fata etiam a me pie colendi, *Diſſ. de Pædobaptiſmi innocentia & veritate, Tubing.* 1735. *Chr. H.* ZEIBICH *Diſſ. de uſu formulæ, qua interrogamus infantes ante ſacram lotionem de fide, Vitemb.* 1734. *Io. Ge.* DORSCHEI *Diſſ. de Chriſti in Baptismo ineffabili induitione ex S. Pauli Ep. ad Galat. c.* 3. *v.* 27. §. 72. *pag.* 198. in EIVSD. *Diſſertatt. Theolog. Argentoratenſ. Pentadecade Diſſ. IV.* Inprimis vero videri meretur libellus *Stuttgardiæ* 1707. publica editus auctoritate ſub ſeq. tit. *Prüfung des einreiſſenden Se-*

*Separatiſmi, oder nöthiger Unterricht für die Einfaltigen, was von dem unbefugten Fürnehmen dererjenigen zu halten, die unſere Evangeliſche Kirche heut zu Tag mit mancherley harten ungegründeten Auflagen zu beſchwehren, und ſich von aller Gemeinſchaft derſelben eigenmaechtig zu trennen, unterſtehen, und wie ſich Chriſtliche Herzen wider ſolch gefahrliches Aergerniß ietziger Zeiten verwahren ſollen. Samt angehangter ausführlicher Widerlegung eines beſondern wider die Kindertauf, unter dem Titel Probierſtein der wahren Taufe Neuen Teſtaments &c. von G. D. A. H. Anno* 1701. *ausgefertigten Tractats, auf Hochfürſtl. Würtemberg. Synodal Befehl und Verordnung.*

k) *An de infantibus Iudaeorum aliorumque infidelium idem ſit ſtatuendum, ita ut illi, invitis etiam & contradicentibus parentibus, baptizari, & in chriſtianam recipi poſſint eccleſiam?* alia eſt quæſtio. *Violentam* infantum Judaicorum *baptizationem* haud obſcure *improbaſſe* Pontificem, *Benedictum XIV. in Litteris, quas anno* 1747. *de baptiſmo Ebraeorum, infantum & adultorum, Archiepiſcopo Tarſenſi Vicario,* inſcripſit, Romæ editis, teſtatur illuſtr. atque excell. *Godofr. Dav.* HOFFMANN, Cognatus & Præceptor meus, nunquam ſine publica grati animi obſervantiæque teſtificatione a me nominandus, in *Diſſ. de Advocatia imperatoris iudaica, ſigillatim de homagio ab urbium imperialium Iudaeis illi praeſtando, Tubing.* 1748. §. 7. *pag.* 12. Quum anno 1751. Judæi cuiusdam Wezlariæ habitantis filiolus, novem annis natus, a miniſtris eccleſiæ Wezlarienſis Evangelicæ repetitis vicibus baptiſmum, reluctantibus & proteſtantibus peteret parentibus, quæſtionem: *Ob dieſer Knabe wider den Willen ſeiner Iüdiſchen Eltern, und bey deren heftigen Widerſpruch, auf ſein geſchehenes und anhaltendes Begehren zu taufen ſeye?* ex rationibus conſcientiæ adfirmandam eſſe duxit S. R. *Io. Phil.* FRESENIVS, Miniſterii Francofurtenſis Senior, *in Reſponſo dd. Frankfurth* 23. *Iun.* 1751. provocans ad ſimilem caſum pueruli Judæi, Zeitmanni, anno 1706. a Judæis Francofurti aufugientis, & a Chriſtianis recepti, poſteaque baptizati non ſolum, ſed ipſo etiam paſtoris Evangelici munere ibidem functi. In alia omnia autem ivit illuſtris *Facultas Iuridica Gieſſenſis in Conſilio, d.* 9. *Nov.* 1751. hac de cauſa dato, verbisque ſtatuit expreſſis: „daſs dem Wetzlariſchen Juden Nathan „Höchſter dadurch, daſs Magiſtratus Wezlarienſis deſſen in der Jüdiſchen Religion noch unwiſſendes Kind auf ſein beſchehenes Angeben „vorenthalten, und bey chriſtlichen Leuten weiter auferziehen, nebſt

„dem aber wider der Eltern Willen taufen laſſen will, zu viel und Un-„recht geſchehe, auch daſs der von dem Stadt Wetzlariſchen Magiſtrat „in dieſer Sache gegebene Beſcheid, *dadurch des jüdiſchen Kindes Va-„ter die Reſtitution ſeines Kindes abgeſchlagen, und verordnet wor-„den, daſs man des Sohnes annos diſcretionis abwarte, und wenn „dieſe vorhanden, alsdann dem jüdiſchen Sohne ſeine Erklærung zu „thun, ob er ein Chriſt werden, oder ein Jud bleiben wolle, frey „bleiben, bis dahin aber bey chriſtlichen Burgersleuten aufbehalten „werden ſolle, denen Rechten nach nicht beſtehen bleiben mœge, und „alſo Magiſtratus Wezlarienſis vielmehr ſchuldig ſey, denen jüdiſchen „Eltern ihr Kind zu reſtituiren, und die Unterrichtung in ſeiner ange-„bohrnen Religon zu verſtatten.* Supremum etiam *Cameræ imperialis iudicium* ad preces Judæi parentis decrevit non ſolum anno 1751. *inhibitionem temporalem*, ſed poſtea quoque, quum arctior ab eodem peteretur inhibitio, *d.* 27. *Martii* 1752. ſequens ad ſupplicam exhibitam dedit decretum: „Communicetur dem hieſigen Magiſtrat um ſich hier-„über den 10. April vernehmen zu laſſen, *annexa temporali inhibitio-„ne* von 2. Mark lœthigen Goldes, *geſtalten inzwiſchen alles in ſtatu „quo, und mit dem unordentlichen Taufactu, bis auf unſers Kay-„ſerlichen Cammergerichts weitere Verordnung inhalten zu laſſen.* Eadem principia foviſſe quoque alterum ſupremum Imperii tribunal, *Conſilium cæſareo-imperiale aulicum*, patet ex Concluſo, dd. 16. Dec. 1726. quod exhibetur in *Parte II. merkwürdiger Reichs-Hofraths-Concluſorum, num. CXXXVI. pag.* 195. „in quo, ad ſupplicam „humillimam pro clementiſſime decernendo mandato Arreſti relaxato-„rio, ut & de exhibendis liberis, neque illis præcipue adhuc in infantia „ſtantibus Baptiſmum impertiendo, multo minus ad chriſtianam reli-„gionem reliquos adigendo *pœnali S. C.* decretæ fuerunt *litteræ pro „informatione.* Conf. *Sam.* STRYCKII *Uſ. Modern. Pandect. lib.* 43. *tit.* 30. §. 4. *W. A.* LAUTERBACHII *Colleg. theor. pract. Pand. lib.* 43. *tit.* 30. §. 6. *Frieder. Ludov.* HÜNEFELD *Meditatio de iuribus & poteſtate parentum, eorumque auctoritate & officio circa religionem liberorum, ſect.* 2. *c.* 4. §. 2. *Jen.* 1701. 4. *Jo. Frieder.* KAYSERI *Commentatio de avtonomia Judæorum, Gieſs.* 1739. 4. §. 36. *pag.* 77. *ſeqq. Add.* quoque ſequens, ſententiæ Freſenianæ accedens ſcriptum, quod *Tubingæ* 1716. 4. prodiit ſub tit. *Erbauliche Nachricht von Bekehrung dreyer Juden-Mægdlein, von* 8. *bis* 12. *Jahren, wel-*

*che*

*che mit groſſem Verlangen und Standhaftigkeit das Chriſtenthum anzunehmen ſich angemeldet, geſchehen zu Berlin im Monath Julio 1715. wobey auch die Frage vorkommt: Ob man ſie ohne Verletzung der væterlichen Gewalt, wider der Eltern Willen annehmen, und zur chriſtlichen Religion erziehen kœnne?*

## §. VI.

### QVOD CIRCA SVBSTANTIALIA BAPTISMI, NE QVIDEM IN CASV NECESSITATIS, VBI QVILIBET CHRISTIANVS ADMINISTRARE ILLVM POTEST, NIHIL POSSIT OMITTI, DOCETVR.

Quemadmodum vero munus docendi, inſimul quoque *a*) ſacramentorum adminiſtrationem comprehendens, Apoſtolis ſuis Diſcipulisque commiſit Chriſtus; ita ad prædicandum DEI verbum ſacramentaque adminiſtranda conſtitutos eſſe Clericos, iam ſupra (§. III. & IV.) fuit obſervatum; quibus *b*) ipſis igitur competit quoque regulariter poteſtas baptizandi, a qua vero regula *c*) ob imminens mortis periculum omnino receditur, ita ut ad peragendum ſanctum hocce negotium quilibet Chriſtianus *d*) admittatur, & ne excludantur quidem *e*) mulieres, interque has in primis, obſtetrices *f*), de ſanctitate & ſubſtantia ipſius baptismi eo magis propterea *g*) informandæ, quo magis indubium eſt, licet ſolemnitates externæ, alias adhiberi ſolitæ, imminui poſſint, & in ſpecie quoque loci *h*) nulla habeatur ratio, ſemper tamen ipſa baptismi ſubſtantialia (§. V.) quantacunque etiam urgeat neceſſitas, ſemper eſſe *i*) obſervanda.

*a*) Vid. *Matthæi Cap. XXVIII. v.* 19. & *I. ad Corinth. cap. IV. v.* 1. conf. quoque cit. *de* BALTHASAR *cit. Diſs. cap.* 2. §. 3. *ſeqq. pag.* 18. *ſeqq.*

*b*) Quibus ex Clericorum ordine competat in ſpecie *exercitium poteſtatis baptizandi*, id dependet ab *Ordinationum Eccleſiaſticarum determinatione*, uti in primis quoque patet ex traditis *cit. de* BALTHASAR *cit.*

loc.

*loc. cap.* 4. *pag.* 19. Ut clericus aliquis *proprios baptizet liberos*, rem in ſe non illicitam eſſe, tradit *Cynoſura eccleſ. Würtemberg. cap.* 14. *pag.* 354. & 355. „Miniſtri, ſo füglich vicinos haben kœnnen, ſollen „durch die ihre Kinder taufen laſſen, ſonſten iſt es an ſich ſelbſten „nicht unrecht.„

c) *Regulam* hancce ponit, & *ab illa in caſu neceſſitatis* recedi poſſe, verbis notatu digniſſimis ſtatuit *Kayſerliche Erlæuterung wegen der Religion zu Augſpurg an.* 1548. *erœffnet, art. XV.* §. 4. *pag.* 560. *des II. Theils der neuen und vollſtændigeren Samlung der Reichs-Abſchiede*: „Was aber *das Amt der Tauf* belangt, wiewohl es *den Prieſtern* „*fürnæmlich zuſtehet*, ſo kann doch *ein Lay, im Fall der Noth*, recht„ſchaffen und nützlich taufen, rel. Conferantur quoque *c.* 19. & 21. *de conſecrat. diſtinct.* 4. & *Catechiſmus Romanus, ex Decreto Concilii Tridentini, ad Parochos, Pii V. Pont. Max. iuſſu editus, primum vero in Germania recuſus, Dillingæ* 1567. *pag.* 274. & *ſeq.* In caſu neceſſitatis quemlibet chriſtianum, & nominatim quoque obſtetrices admittit *Hochfürſtl. Würtemb. groſſe Kirchen-Ordnung, fol.* 93. rationesque huius ipſius exceptionis a regula addit ſequentes: „dieweil „bisher in der chriſtlichen Gemein ein lœblich und wohl gegründet Ge„wohnheit gehalten iſt, daſs *alle chriſtliche Perſonen, und ſonderlich* „*die Hebammen*, in Anſehung daſs auch die Weiber Miterben des Reichs „Chriſti ſind, und die Noth der gemeinen Regul nicht unterwürflich „iſt, *zur Zeit der Noth in Abweſen der Mænner die Kindlen getaufft* „*haben*, welches man *Gæhetauf* genennet hat, ſo wollen wir dieſelb „auch nicht aufheben, ſondern in ihrer Kraft bleiben laſſen„ cum qua ipſa lege eccleſiaſtica Würtembergenſi egregie convenit diſpoſitio *Ordinationis Eccleſ. elector. Sax. art. gen. tit.* 6. *von der Nothtaufe.* quam exhibet *Nic. Chriſtoph. de* LYNCKER *in Diſs. de baptiſmo, Jen.* 1685. *cap.* 7. §. 10. Conf. quoque in genere de *baptiſmo, in caſu neceſſitatis* a Chriſtiano quolibet adminiſtrando, præter cit. *de* BALTHASAR *cit. Diſs. cap.* 2. §. 8. *ſeqq. pag.* 36. *ſeqq. Jo.* FECHTII *Philocalia ſacra, id eſt variarum doctrinarum theologicarum, bibliacarum, polemicarum, moralium, patriſticarum farrago, Roſtoch.* 1708. 4. *Thes. ex Theologia patriſtica depromt. XXXII. pag.* 165. & 166. *Jo.* KAHLERI *Diſs. XIII. ſuper Artic. Smalcald. exhibens ex Parte III. art. V.* & *VI. de baptiſmo* & *ſacra cœna, Rintel.* 1709. 4. §. 16. & 17. *Martin* NEVFFERI, Profeſſoris quondam Tubingenſis, *Diſs. de iure hominis*,

*hominis, Tubing.* 1632. *thes.* 11. *pag.* 5. & 6. *Petri* HOMFELDT *diſs. ſub tit. Neceſſitas exlex, Jen.* 1675. *edita, cap.* 2. *num.* 4. & in primis quoque *Dieter. Herm.* KEMMERICHII *Origines Juris eccleſ. lib.* 1. *tit.* 7. *de ſtatu eccleſiæ chriſtianæ ſæculo II.* & *III.* §. 120. *pag.* 256. & 257.

d) *An baptiſmus, a laicis collatus, ſit validus?* de eo in eccleſia Anglicana magna olim agitata lis eſt, cuius hiſtoriam, cum ſcriptis hac de re editis, recenſet Reverendiſs. *Ch. M.* PFAFFIVS *in Originibus J. E. pag.* 132. & *ſeqq.*

e) Statuit in nota d) ad §. IV. cit. c. 20. *de conſecr. Diſtinct.* 4. „Mulier „quamvis docta & ſancta viros *in conventu docere*, vel aliquos *bapti-* „*zare* non præſumat„ eoque ipſo in caſu neceſſitatis a baptiſmo extra conventum i. e. eccleſiam, adminiſtrando mulierem non excludit, cum qua diſpoſitione Juris Canonici conveniunt quoque leges Evangelicorum eccleſiaſticæ, obſervantibus ſæpe laudat. FLOERCKIO *ad* SCHILTERI *Inſt. J. C. lib.* 2. *tit.* 2. §. 7. & LYNCKERO *in cit. Diſs. de baptiſmo cap.* 7. §. 11. ubi ſcribit: „ſed quamvis *mulieres* ad baptiſ- „mum admittantur hoc in caſu, tamen *prohibitum eſt, ut ſacramen-* „*tum hoc in eccleſia peragant*, quum ipſis in eccleſiis ſilentium ſit im- „poſitum. Quod illuſtrat illud iudicium Bugenhagii Pomerani apud „DEDECK. *Vol. I. lib.* 2. *ſect.* 2. *de baptiſm. num.* 15. das thun wir „aber, *gleichwie unſere Weiber in der Kirche nicht müſſen predigen*; „mulier taceat in eccleſia, alſo *laſſen wir ſie auch nicht in der Kirche* „*taufen.*„ Conf. *Theod.* THVMMII *Diſp. de Baptiſmo, Pontificiorum, Calviniſtarum, Anabaptiſtarum ac Photinianorum erroribus oppoſita, Tubing.* 1619. *Theſ. V.* ubi adminiſtrationem baptiſmi ordinariam tribuit eccleſiæ paſtoribus, legitime vocatis, & errorem *Pepuzianorum*, ſeu *Quintilianorum* refutat, ſequutorum *Marcionem*, qui mulieribus, etiam extra neceſſitatis caſum, & quidem in publicis cœtibus baptizare permiſerunt. Add. quoque *B.* BEBELIVS *de γυναικοβαπτισμῳ rato, recto, nec iterando, Argent.* 1679. & *Jo.* TRELLVNDVS *in Diſp. de γυναικοβαπτισμῳ*, Præſide *Hect. Godofr.* MASIO defenſa, *Havniæ* 1689.

f) *Obſtetrices* ad baptizandum in caſu neceſſitatis *admittit* quidem, ſed tamen inſimul, illis *virum, ſi haberi poſſit, præferri* iubet cit. *Würtemb. groſſe Kirchenordnung*, poſt illa, quæ in nota c) ad hunc §. VI. propoſuimus, verba, ſtatuens: „Es ſollen aber die Kirchendiener die

 „Heb-

„Hebammen aufs fleiſſigſt unterrichten — — daſs ſie auch, nach-
„dem das Kind gebohren, auſſerhalb der hœchſten Noth des Kinds
„Schwachheit, nicht gahetauffen ſollen, ſondern *wo ſie ein Kirchen-
„diener, oder ſonſt ein chriſtlichen Mann, in der Eil gehaben mœ-
„gen, denſelben beruffen, und ihne das taufen laſſen. Aber ſo das-
„ſelb von Schwachheit wegen des Kinds je nicht geſeyn mœcht, als-
„dann ſolle die Hebamme oder welches gegenwærtiges chriſtliches
„Weib ſich des Taufens unterfangen will* rel. cum qua ipſa diſpoſitione antiquiori conveniunt quoque ea, quæ haud ita pridem ſtatuit cit. *Hochfürſtl. Würtembergiſche Medicinal-Ordnung, tit.* 4. §. 14. *pag.* 22 *ſeq.* Eadem quoque diſpoſita videmus in *cit. tit. ordinationis eccleſiaſt. Elector. Saxon.* Conf. *de* LYNCKER *cit. Diſs. de baptiſmo cap.* 7. §. 10.

g) Quid circa adminiſtrandum in tali neceſſitatis caſu baptiſmum obſervandum ſit, ut inſtruantur a paſtoribus obſtetrices, iubet cit. *Würtemb. groſſe Kirchenordnung cit. fol.* 93. ubi in ſpecie etiam, addita ratione eximia, dicitur, quod *infantes, nondum editi, non ſint baptizandi:*
„Es ſollen aber die Kirchendiener die Hebammen aufs fleiſſigſte unter-
„richten. Erſtlich, daſs ſie *kein Kind, ſo noch in Mutter Leib, und
„nicht gantz an die Welt gebohren, jahetaufen ſollen.* Dann nach-
„dem der Tauf ein Sacrament der Wiedergeburt iſt, erfordert die Na-
„tur dieſes Sacraments, *daſs das Kind, ſo das Sacrament der Wieder-
„geburt empfangen ſoll, vorhin an die Welt gebohren ſeye,* quam diſpoſitionem ulterius ſuo modo explicant ea, quæ leguntur in *Cynoſura eccleſ. Würtemberg. cap.* 23. *pag.* 431. ubi, monendas eſſe *obſtetrices,* ſtatuitur: „daſs ſie *nicht ein Kind, ehe es vœllig zur Welt ge-
„bohren, nur an einem Glied, Kœpflein, Hændlein oder Füſslein,
„das ſich erzeiget,* taufen.„ Cum hac utraque diſpoſitione conſentiunt quoque aliæ *ordinationes eccleſiaſticæ Evangelicorum,* diſſentientes eatenus a ſententia eccleſiæ Romano-Catholicæ, in qua baptizantur liberi nondum prorſus editi, immo uti ex ſingulari, qui Argentorati 1740. contigit, caſu, a cit. *de* BALTHASAR *cit. Diſs. cap.* 2. §. 3. *in not. pag.* 55. deſcripto, patet, in utero adhuc exſiſtentes. Similem caſum antiquiorem baptizati an. 1502. d. 14. Mart. in utero filioli Comitis de Hohenlohe ex antiquo libro verbis ſequentibus relatum legimus in *Jo. Chriſti.* WIBELII *Hohenlohiſchen Kirchen- und Reformations-Hiſtorie, I. Theil, pag.* 208. „Am ytzgemelten Tag zu vier Horen

„Nach-

„Nachmittag wart geboren ein Sone, *der iſt zu mütterlichen Leibe* „*getaufft worden*, und dot von der Geburt genommen, und begraben „gein Gnadental, zu andern Kyndern genant Chriſtan.„ Conf. præter cit. *Diſs. Auguſtini de* BALTHASAR *cap.* 2. § 3. *pag.* 54. *ſeq.* in primis quoque *Chr. Henr.* ZEIBICHII *Diſs. de Pontificiorum ritu, quo infantes, antequam vere nati ſunt, baptizantur, Jeſuitico libello: Gründliche Widerlegung oppoſita, Vitemb.* 1734. Add. *Jo. Sam.* SCHROER *Gewiſſensfrage: ob ein Kind zu taufen, das von der Nabelſchnur nicht abgelœſet? Leipz.* 1739. 8.

*h*) Quum per baptismum aliquis recipiatur in eccleſiam (§. V.) fini ipſius actus baptismalis nihil videtur eſſe convenientius, quam ut in ipſa ille peragatur eccleſia. Quemadmodum vero hæc ipſa circumſtantia ad mera baptismi accidentalia pertinet; ita non ſolum in caſu neceſſitatis quovis peragi loco poteſt baptismus; ſed quum illa in genere Principis ſubiaceant poteſtati, obſervante *cit. de* BALTHASAR *cit. loc. cap.* 4. §. 1. *pag.* 146. hic ipſe, vel per modum privilegii, vel diſpenſationis, a conſuetudine & lege de adminiſtrando in eccleſia baptismo, poteſt recedere. Conf. *de* BALTHASAR *cit. Diſs. cap.* 3. §. 7. *num.* 4. *pag.* 126. 127. Tale *privilegium, Equitibus Saxonicis* competens, *ſacra* nuptiarum ſuarum & *baptismorum ſolemnia in privatis ædibus celebrandi*, recenſet *Auguſtin. a* LEYSER *in Meditat. ad Pandect. ſpec.* 664. *num.* 25. *pag.* 682. *Vol. X.* Tanquam ſingulare omnino hoc notandum videtur eſſe, quod in urbe Wezlarienſi baptismus, ob ſimultaneum religionis Catholicæ & Evangelicæ in Eccleſia parochiali exercitium, certo horarum ſpatio circumſcriptum, ſemper in privatis adminiſtretur ædibus a paſtore Evangelico, qui ipſe etiam ad convivium baptismale, poſt peractam baptismi adminiſtrationem inſtitui ſolitum admittitur, ciborumque ſcindendorum munere ſolet fungi. De hac paſtoris ad convivia baptismalia admiſſione, paſſim uſitata non ſolum, ſed & prætenſa, vid. cit. BALTHASAR *cit. Diſs. cap.* 4. §. 4. *num.* 2. *pag.* 162. *ſeqq.* CARPZOV *Jurisprud. Conſiſtor. lib.* 1. *tit.* 7. *definit.* 119. inprimis vero LEYSER *Meditat. ad Pand ſpec.* 597. *num.* 32. *pag.* 396. *ſeq. Vol.* 9. *Convivia* eiusmodi *baptismalia* reſtringi a Principe & prohiberi poſſe, omni caret dubio, patetque in primis ex *Hertzogthum Würtemberg gemeine Lands-Ordn. Tit.* 101. *von Taufſuppen, Schenkin, und Kindbetterin Mælern.* Certam determinatamque vini quantitatem pro ſingulis, in convivio nuptiali vel baptismali præſentibus, perſonis a caupone quo-

damemendi neceſſitatem usquam unquam fuiſſe impoſitam, vix credidiſſem, niſi ex *perilluſtr. L. B. de* CRAMER *Wetzlariſcher Nebenſtunden XII. Theil, Ulm* 1758. 8. *num. VII. pag.* 85. *ſeqq.* cognoviſſem, civibus univerſitatis Kœthen in Epiſcopatu Fuldenſi eiusmodi neceſſitatem legemque, addita tamen reſervatione: „ daſs der Gemeind vorbehalten ſeyn „ ſollte, *ihre in potando angegebene libertatem in petitorio ein- und „ auszuführen, und zur Gebühr Rechtens zu erweiſen* „ fuiſſe impoſitam in ſententia d. 6. Jul. 1752. publicata. Quemadmodum vero ab hac ſententia ad imperialem adpellatum fuit Cameram; ita laudatus Vir perilluſtris non ſolum *pag.* 86. *ſeqq.* examinavit quæſtionem: „ Ob der „ Gemeind Kœthen Fürſtl. Fuldaiſchen Gebiets, neben dem eingeſte- „ henden Bannrecht, daſs ſelbige alle Ehrenzechen in des Dillsbergers „ Erbſchenkſtadt zu halten ſchuldig ſeyen, annoch über das aufgelegt „ werden kœnne, in quali & quanto næmlich am Wein bey *Hochzei- „ ten* vor einen Mann zwey Maaſs, und vor eine Frau ein Maaſs Wein, „ und bey *Kindtaufen* vor ein Mann ein Maaſs und vor eine Frau ein „ halb Maaſs Wein, wo nicht zu trinken, jedoch wenigſtens ſich auf- „ rechnen zu laſſen und zu bezahlen? „ ſed quoque addidit ſententiam reformatoriam, *d. 7. Jun.* 1758. in dicto publicatam iudicio imperii ſupremo, in qua ſententia a qua reformata fuit: „ dergeſtalten, daſs „ ſæmtliche Gemeindsleute zu Kœthen, wenn jemand von ihnen *Eh- „ renzechen bey dem Kindtaufen* ſo wohl, als bey *Hochzeiten* zu hal- „ ten Willens, ſolche zwar in dem Wirthshauſs *quæſtionis* zu thun ſchul- „ dig, auch niemand verſtattet ſeyn ſolle, Wein oder Bier dieſer Bann- „ ſchenk zum Nachtheil bey ſich zu legen und auszugeben, dagegen „ aber *ſelbige bey ihrer natürlichen Freyheit ſolcherley Ehrenzechen „ zu halten, oder nicht, und dabey Wein oder Bier nach ihrem Be- „ lieben, ohne Beſtimmung einer ſichern Maaſszahl, zu trinken, al- „ lerdings zu belaſſen und zu ſchützen*, auch ſolchergeſtalten von der „ angeſtellten Klag zu abſolviren und entledigen ſeyen. „

i) Quemadmodum igitur in cit. *Würtemb. groſſe Kirchenordn. fol.* 86. docetur: „ daſs die Subſtantia, oder das weſentliche Stück, eines „ rechten chriſtlichen Taufs, nicht an der Menge und viele der Cere- „ monien, ſo vor dieſer Zeit bey dem Tauf im Brauch geweſen, ſon- „ dern fürnæmlich an dem gelegen ſeye, daſs der Tauf gereichet wer- „ de im Namen Gottes des Vaters, und des Sohnes, und des heiligen „ Geiſtes rel. ita omnino valet collatus obſervatis ſubſtantialibus

(not.

(not. e. ad §. V.) in caſu neceſſitatis baptiſmus, uti cit. *Würt. Kirchenordn.* diſponit fol. 93. „Wer nun alſo wie ietztvermeldt gæhe ge„tauft iſt, der ſoll nicht anderwærts wieder getauft werden „ addita ulteriori diſpoſitione de producendo in eccleſia tali infante baptizato.

k) Quomodo Baptiſmi *accidentalia Principis* & *Ordinationum eccleſiaſticarum* diſpoſitioni ſubſint, generatim adparet ex *Cap XIV. Cynoſuræ eccleſiaſt. Würtemb.* ubi in ſpecie quoque legimus *temporis* factam fuiſſe determinationem: „ die Tauf ſoll nicht zu ungewiſſer Zeit, extra caſum „neceſſitatis, ſondern auf eine gewiſſe Stund vor- oder Nachmittag „verrichtet werden: „ ſimilis quoque diſpoſitio legitur in *Würtemb. groſſen Kirchenordnung fol.* 85. ubi, ut quantum fieri poteſt, cultus divini tempore ordinario peragatur baptiſmus, ſtatuitur, poſtquam antea conſuetudinis antiquæ baptismi, tantum paſchali & pentecoſtes tempore adminiſtrati facta eſt mentio: „Und wiewohl vor Zeiten in der „erſten Kirchen, nur zwo Zeit im Jahr, næmlich *Oſtern* und *Pfingſten*, „zu taufen verordnet, iedoch, nachdem der Sohn Gottes, und ſeine „Apoſtel keine ſonderliche Zeit hierinnen beſtimmet, ſondern der Kir„che ihre Freyheit gelaſſen, auch viel Kinder ihrer Schwachheit halb, „die obbeſtimten Zeit des Taufs nicht erreichen möchten: So wöllen „wir aus dieſen und andern hochwichtigen Urſachen, daſs die Kinder „zu ieder gebührlichen Zeit, ſo es von ihrentwegen ordentlich begeh„ret, und ſie fürgebracht, getauft werden. „ rel. De *baptismo* tantum *Paſchatos & Pentecoſtes tempore* olim adminiſtrari ſolito, vid. *Frider.* SPANHEMII *Introduct. ad Chronologiam & hiſtoriam ſacram &c. pag.* 292. ubi quosdam ſæculi III. abuſus circa baptiſmum refert. *Adami* RECHENBERGII *Hierolexicon reale, h. e. biblico - theologicum & hiſtorico - eccleſiaſticum, Lips. & Francof.* 1714. 4. *art. Baptismi tempus, pag.* 167. & 168. inprimis vero *Programma Paſchale* hoc ipſo anno 1759. nomine Academiæ Gœttingenſis editum.

## §. VII.

### DE DVPLICI BAPTISMVM PROBANDI MODO, EIVSQVE EFFECTV, TAM RATIONE ECCLESIAE, QVAM REIPVBLICAE, DISSERITVR.

Non autem pure *a*) ſolum baptiſmus conferri debet; ſed de illo collato, factaque per eundem in eccleſiam receptione, etiam

etiam *b*) certo conſtare *c*) debet, quam ipſam ob cauſſam, in perpetuam rei memoriam, obtinet tam *d*) patrinorum rogatio, quam relatio in *e*) libros baptiſmales. Semper autem baptiſmus effectum producit, non ſolum *ratione eccleſiæ f*) *perpetuum*, baptizatoque tribuit iura, quibus reliqua eccleſiæ *g*) membra fruuntur, omnia, eumque ad cœtus publicos admittit, & ſacrorum, quæ in eccleſia diſpenſantur, reddit participes; ſed etiam *reipublicæ intuitu h*) varium, ita ut baptizati omnium iurium participes, & inprimis quoque ad collegia opificum aliasque dignitates *i*) capaces fiant.

*a*) Illum, de quo an baptizatus ſit iuſta de cauſſa dubitatur, ſub conditione: „*ſi baptizatus es, non te baptizo, ſed ſi nondum baptizatus es, ego te baptizo rel.*„ baptizandum eſſe, ſtatuit ALEXANDER III. P. R. in *cap.* 2. *X. de Baptismo.* Quam ipſam diſpoſitionem ſicuti ſequi ſolet eccleſia Romano-catholica, uti inprimis quoque patet ex ſupra cit. *Catechismo Romano ad parochos*, *pag.* 304. & 305. nec non traditis *cel. Achat. Ludov. Car.* SCHMIDII *in principiis Jurisprudentiæ eccleſiaſticæ Pontificiorum*, *cap.* 4. §. 112. *pag.* 144. *Jen.* 1756. 8. & *Rud. Chriſtophori* HENNNE *in Diſſ. de expoſitione infantum ex idea iuris naturalis, Romani atque Germanici, Erford.* 1756. *ſect.* 3. §. 40. Ita e contrario ab iſta Evangelici recedunt ſententia, & baptiſmum, de quo collato dubitant, pure conferunt, uti expreſſis verbis de dubio in caſu neceſſitatis baptiſmo ſtatuit ſæpe cit. *Würtemb. groſſe Kirchenordnung fol.* 95. „Würden aber die Leut, ſo das Kindlein zum Tauf brin„gen, auf des Kirchendieners Frage ungewiſſe Antwort geben, und „ſagen, ſie wüſsten nicht, was ſie in ſolcher Noth und Schrecken ge„dacht, vielweniger, was ſie geredt oder gethan hætten, ſo mache man nur nicht viel Diſputirens, ſondern *taufe es ohn Meldung einiger„ley Condition, obgeſchriebener Ordnung gemas, wie alle andere un„getaufte Kinder getauft werden.*„ Conf. *de* BALTHASAR *cit. Diſſ. cap.* 2. §. 13. *num. II. pag.* 87. *de* LYNCKER *cit. Diſſ. de Baptismo cap.* 3. §. 8. ENGAV. *cit. Elem. Jur. Can. lib.* 1. *tit.* 3. §. 311. Add. quoque iam laudati S. R. HUTHII *Quæſtiones Theologiæ: Num Joannes Baptiſta, Maria, & Diſcipuli Chriſti fuerint baptizati? Quare Chriſtus non baptizaverit? & quomodo circa Baptismum invalidum & dubium*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0064-6

*dubium ſit verſandum? Erlangæ* 1758. Ob dictam quoque rationem, infantes repertos, quos baptizatos fuiſſe certo non conſtat, baptizandos eſſe, docuit *a* LEYSER *Meditat. ad Pand. Specim.* 613. *Corollar. pag.* 1740. *Vol.* 9. cui iungendus eſt *Io. Paul.* KRESS *in commentatione ſuccincta in Conſtitutionem criminalem Caroli V. Imp. art.* 132. §. 2. *pag.* 428. *Hanov.* 1744. *cit. de* BALTHASAR *cit. Diſſ. cap.* 3. §. 10. *pag.* 141. *ſeqq.*

*b*) Aliud ſententiarum inter *Catholicos* & *Evangelicos* divortium ſe exſerit, dum *illi*, in *c.* 117. *de Conſecrat. Diſt.* 4. „Qui bis ignoranter baptizati ſunt, non indigent pro eo pœnitere; niſi quod ſecundum canones ordinari non poſſunt, niſi magna aliqua cogat neceſſitas.„ ſententiæ ſuæ præſidium quærentes, *baptismum bis, licet per ignorantiam, collatum a miniſterio ſacro arcere, ſtatuunt, hi* vero etiam *bis per ignorantiam baptizatum non habent incapacem ſacri miniſterii;* quam utramque ſententiam indicat ENGAV. *cit. Elem. J. C. lib.* 1. *tit.* 30. §. 305. *num.* 9. & §. 311. *num.* 12. *Exemplum Evangelici Theologi, bis baptizati, Joannem Bartholomaeum Haage*, Sereniſs. Würtembergiæ Principis Conſiliarium, Generalem Superattendentem eccleſiarum Würtembergicarum, Abbatem Monaſterii Adelbergenſis, Ordinumque provincialium ſecretioris delectus Adſeſſorem, ſiſtit *Ge. Henr.* GOETZIVS *in Nro. VI. Schediaſmatis*, quod *Lubecæ* edidit ſub tit: *Puer decennis, ſeu Eruditus in primo decennio vitæ ſuæ memorandis fatis obnoxius, in examine vernali Scholæ Lubecenſis anno* 1711. *exhibitus.* Vitam dicti Würtembergenſis Theologi pluribus deſcribit, &, quo modo baptiſmus eidem altera vice propterea, quod de prima baptizatione dubitatum, collatus fuerit, in ſpecie etiam recenſet *Ludov. Melch.* FISCHLIN *in Memoria Theologorum Würtembergenſium reſuſcitata, Part. II. pag.* 420. *Ulm.* 709. 8.

*c*) Quæri hic forſitan poſſet: *an Baptismus ſit validus, quando in caſu neceſſitatis obſtetrix, vel paſtor ex ſumma obſtetricis negligeniia puerum pro puella baptizaverit, obſervatis tamen baptismi ſubſtantialibus?* Quæ ipſa quæſtio quin adfirmanda ſit, eo minus dubii habere videtur, quum ſubſtantialibus proprie abſolvatur baptiſmus, & admiſſus in nomine error veritati ipſius baptiſmi nocere non poſſit, uti in ſpecie etiam reſpondit *Conſiſtorium Electorale Saxonicum Lipſienſe anno* 1630. *d.* 23. *Jun.* hac cautione addita, ut moneantur parentes & patrini primo privatim, poſteaque publice in eccleſia, baptiſmum vere eſſe peractum, nihilque

nihilque eius validitati obeſſe errorem nominis, iam in aliud nomen mutandi. Conf. *de* LYNCKER *cit. Diſſ. de baptiſmo*, *cap.* 4. §. 10. cui iungi poteſt *Theod.* MASERI *Diſſ de erroribus Obſtetricum*, *Argent.* 1726. *claſſ. III.* §. *VIII. pag.* 38. ubi obſervat, obſtetrices ſexum non dignoſcentes, in cauſſa nonnunquam fuiſſe, ut falſum nomen infanti fuerit impoſitum, inſimulque pueruli, cui nomen Magdalenæ fuit impoſitum, poſtea vero Chriſtophorum ſeſe adpellantis, mentionem iniicit, addita cautione de excludendis a depoſitione obſtetricibus in difficili ſexus diiudicatione.

*d*) Factæ huius *in eccleſiam receptionis teſtimonium laturi* in baptiſmo *patrini* adhibentur, in *c.* 105. *De conſecr. Diſt.* 4. *fideiuſſores apud Deum pro illis, quos de ſacro fonte ſuſceperunt*, dicti, quorum *antiquitatem* inveſtigavit S. R. *Jo. Leonh.* FROEREISEN *in Diſſ. de ſuſceptorum baptismalium origine*, *Argent.* 1755. cui iungi poſſunt *G. W.* WILCKE *de fideiuſſoribus in baptiſmo veteris eccleſiæ*, *Vitemb.* 1707. & *Gottl. Auguſt.* IENICHEN *cit. Obſervationes de patrinis*, *eorumque origine*, *numero & ſexu.* *Numerum* autem pro diverſitate temporis fuiſſe *varium*, poſt *Jo. Georg.* SIMONEM *in Diſſ. de iuribus patrinorum*, *Jen.* 1679. *defenſa*, *ibidem anno* 1704. *ſub tit. Tractatus iuridico politici recuſa*, *cap.* 3. §. 4. *ſeqq.* obſervavit ſæpe laudatus ENGAV. *cit. Elem. lib.* 1. *tit.* 30. §. 302. *not.* **. cui iungi poteſt *Ludov. Günth.* MARTINI *Tractatus de numero patrinorum in baptiſmo infantum uſitato*, *Quedlinburg.* 1683. 4. & poſt *eiusd. Comment. ad Inſtitutiones*, *Wernigerod.* 1715. *f.* & 1723. *f.* Quemadmodum autem hodienum quoque variæ Ordinationes Evangelicorum Eccleſiaſticæ varium quoque adhibendorum in baptiſmo patrinorum determinant numerum; ita in ſpecie etiam in Ducatu Würtembergenſi variæ de hoc numero exſtant diſpoſitiones, inter quas primo loco nominanda eſt ſequens, quæ legitur in ſæpe cit. *Cynoſ. eccleſ. Würt. pag.* 359. „Speciales „ſollen die Mercanterie mit ſo vielen Gevaterleuten abſchaffen, auch „die Miniſtri ſelbſten ſollen nicht ſo viel Gevatern erbitten, ſondern die „Zahl obſerviren, ſonſt ſie vor einen ieden, wie andere auch, einen „kleinen Frevel zu erlegen. Und *iſt die Anzahl der Gevatern*, *auf* „3. *Perſonen höchſtens geſetzt*, bey Straf vor ieden weiters erbitten„den, einen kleinen Frevel.„ Quemadmodum autem hæc ipſa antiquior ac recentiores, eandem ſequutæ, diſpoſitiones cauſſam reſtricti patrinorum numeri in lucro, ex illorum liberalitate quæri ſolito, ponunt; ita

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0066-7

ita hanc ipſam legis rationem attendens, *nova d.* 13. *Jun.* 1757. prodiit *diſpoſitio*, quæ determinationem certi numeri, in præcedentibus legibus factam, ad illas tantum perſonas, quæ lucri cauſſa plures nonnunquam rogare ſolent patrinos, ſequentibus reſtrinxit verbis: „Als „ſehen Wir Uns daher veranlaſst, mehrbeſagte Fürſtliche Verordnun„gen zwar hiermit gnædigſt zu erneuren und zu wiederhohlen, iedoch „in der Maſſe, daſs, weilen bey Perſonen von höherem Stande theils „wegen zahlreicher Freund- und Anverwandſchaft, theils wegen be„ſonderem guten Vertrauen und Verbindlichkeit ſolche auf Wohlſtand „und Billigkeit gegründete Urſachen ſich vorfinden können, welche „denenſelben, bey der in denen oballegirten Fürſtl. Verordnungen „vorgeſchriebenen Anzahl zu bleiben, nicht erlauben, ſolchen und „zwar ſpecifice denen unter die drey erſten Claſſen gehörigen Per„ſonen, wie ſolche bereits in unſerer Fürſtl. Trauer - Ordnung dd. „20. Febr. 1751. ſpecificirt ſind, aus dem zu denenſelben habenden „gnædigſten Zutrauen, daſs ſie bey Ernennung der Gevaterleute „mit nichten auf eine ſchændliche Gewinnſucht, ſondern einig und „allein auf Wohlſtand und freundſchaftliche Zuneigung das Augen„merk nehmen werden, in Zukunft die Hænde nicht gebunden, „ſondern eine gröſſere und willkührliche Anzahl der Gevaterleu„te geſtattet ſeyn, ſæmtlich übrige in der vierten und folgenden „Claſſen obermeldter Trauerordnung bemerkte Perſonen und ge„meine Leute hingegen niemalen weiter als drey Gevaterleute er„bitten, und von ieder weiters erkieſsten Perſon den bisher ge„wohnlichen Tax à 1. fl. 39. kr. bezahlen ſollen.„ De prætenſa conſuetudine, baptizandum *puerulum* de ſacro fonte *duas perſonas maſculini unamque feminini ſexus*, *puellam* vero *duas feminas virumque unum* debere ſuſcipere, vid. *Jo. Petr. de* LVDEWIG, *Gelehrte Anzeigen II. Theil, CXLVI. Stück: Rechtliches Gutachten von Gevatern beyderley Geſchlechten*, *pag.* 798. *ſeqq.* Etiam *diſſentientes in religione Chriſtianos* admitti in Germania debere ad patrinorum munus, nullum eſt dubium. Sic iam olim Catholicos admiſit *Cynoſura eccleſ. Würt. cit. cap.* 14. *pag.* 353. addita duplici ratione, omni exceptione maiori: „iſt zu bedenken, daſs die Gevaterſchaft keine „Ordinatio divina, oder de eſſentia baptiſmi, ſondern allein ein „*Teſtimonium*, *daſs die Suſceptores*, *als Teſtes dabey ſeyen &c.* die„weil dann die *Römiſch - Catholiſche* eben unſer Symbolum haben,

 und

„und ſo viel *Subſtantiam baptiſmi* belanget, *nicht*, wie in andern „Stücken, mit uns *uneinig* &c.„ conf. quoque *Nic. Chriſtoph. de* LYNCKER *de eo, quod iuſtum eſt circa perſonas diverſæ religionis, Jen.* 1691. *Part. ſpec. ſect.* 2. §. 20. *Jo. Gottlieb* GONNE *Diſſ. de probatione religionis, Erlang.* 1751. 4. §. 33. *pag.* 55. *ſeqq.* Ill. *Jo. Ge.* ESTOR *Delineat. Juris publici eccleſiaſt. proteſtant. Francof. & Lips.* 1732. 4. *cap.* 14. §. 17. *pag.* 188. *ſeqq. Suſpenſio temporaria ab honore fideiuſſionis baptiſmalis* dictatur nonnunquam per modum pœnæ non liberis ſolum, ſponſalia ſine parentum conſenſu clandeſtina contrahentibus, ſed illis quoque perſonis, qui duo aut plura ineunt ſponſalia. Conf. *Hier.* BRÜCKNERI *Deciſiones Juris matrimonialis controverſi, cap.* 2. *num.* 70. *pag.* 113. *ſeqq.* & *pag.* 144. *ſeqq.* nec non *cap.* 4. *num.* 72. *pag.* 210. & 211. Contra *ſacerdotem*, aliquem, criminis nondum notorie convictum, *a munere* ſuſceptoris baptiſmalis *excludentem*, dari *actionem in factum*, docuit cit. SIMON *de Juribus patrinorum, cap.* 2. *th.* 11. De *Cognatione ſpirituali* patrinorum cum baptizato & huius parentibus, a Catholicis defenſa, ab Evangelicis autem non attendi ſolita, vid. ENGAV *cit. loc. lib.* 1. *tit.* 30. §. 302. & 311. *lib.* 2. *tit.* 8. §. 130. & 132. cui iungi inprimis poſſunt *Jo. Frieder.* EISENHART, *cit. Grundſætze der Teutſchen Rechte in Sprüchwörtern, II. Abtheil, IV. Abſchn. num. IX. pag.* 109. *ſeq.* §. 1. & *Chriſt.* BALDVINI *Diſp. de præpoſtera canonum quorundam Pontificiorum, a iure civili diſcrepantium, æquitate, Argent.* 1635. *Th.* 20. *pag.* 13. *Jac. Frieder.* LVDOVICI *Diſſ. de effectu baptiſmi iuridico, Hal.* 1711. *ibid.* 1745. §. 13. *ſqq. Jo. Petr* de LVDEWIG *Different. Jur. Rom. & German. in conſenſu connubiali extra patrem rel. Hal.* 1722. *Differ. VIII. pag.* 45. *ſeqq.* Quæſtionem: *an patrinus teſtis eſſe poſſit pro ſuſcepto?* dubiam viſam citato *de* BALTHASAR *cap.* 5. §. 3. *pag.* 174. adfirmative decidit *Abrah.* KAESTNER *in Corollario V. poſt Diſſ. de teſtibus iniuratis, pag.* 16.

*e*) *Ex libris baptiſmalibus* collatum probari poſſe *baptiſmum*, obſervarunt inter alios LVDOVICI *cit. Diſſ.* §. 67. *Io. Gottlieb* GONNE *cit. Diſſ. de probatione religionis*, §. 23. *pag.* 56. & ENGAV *cit. Elem. lib.* 1. *tit.* 30. §. 308. ubi tamen reſtrictionem quandam addit ſcribens, quod *libri baptiſmales baptiſmum probent*, & baptizati *nativitatem legitimam*, non autem patrem ſpurii. Eiusmodi *libros baptiſmales*

*males in Ducatu Würtembergenſi anno* 1558. primum *Bœblingæ* introductos fuiſſe a divo Duce Chriſtophoro, ut in univerſa ubivis patria etiam conficerentur, iubente, obſervavit laud. SATTLER *in cit. Hiſtoriſchen Beſchreibung des Hertzogthum Würtemberg, II. Theil, cap. XXVII. pag.* 61. cum qua relatione egregie convenit obſervatio Max. Rev. *Jo. Chriſtoph.* BILHVBERI *in der Nachricht von dem Leben der Evangeliſchen Pfarrer in Winnenden, von der Reformation an*, poſt præfationem *Poſtillæ, Eslingæ* 1744. 4. *editæ*, ubi de quarto paſtore Evangelico Winnendenſi, *Conrado* WEICK, ab anno 1553 — 1559. munere functo notavit: „daſs er zuerſt die *getaufte* „und verehlichte zu conſigniren angefangen, ſo aber nicht wohl zu „leſen.„ Curam librorum baptismalium adcuratam habere iubent expreſſæ diſpoſitiones relatæ in *Cynoſuram eccleſ. Würtemb. cap.* 14. *pag* 360. *ſeq.*

*f)* Licet doctrinam de *charactere indelebili*, per baptiſmum collato, reiiciant, *effectum* tamen baptiſmi *perpetuum* agnoſcunt evangelici, uti inter alios docuerunt *cit. de* BALTHASAR *cit. Diſſ. Cap.* 2. §. 4. *pag.* 23. *in not. & cap.* 5. §. 2. *pag.* 171. LVDOVICI *cit. Diſſ.* §. 60. *ſeq. pag.* 47. *ſeq. Io.* AMSEL *Diſp. vulgato dicto: unus actus nullus actus, germ. einmal, keinmal, oppoſita, Regiom.* 1697. *recuſ. Hal.* 1735. §. 4. *Caſp.* ZIEGLER *Diſſ. de baptismate non iterando, Vitemb.* 1661. & inprimis Reverendiſs. PFAFFIVS tam *in Diſſ. de eo, quod iuſtum eſt circa iterationem baptismi, Tubing.* 1739. quam *in Diſſ. de charactere indebili, quem eccleſia Romana per baptismum, confirmationem & ordinem imprimi ſtatuit. Tubing.* 1739. §. 3. *Reiterationem* igitur *non admittit* baptiſmus, ita ut etiam ille, qui a Chriſtiana defecit religione, in eccleſiam redire deſiderans, non denuo ſit baptizandus, cuius rei exemplum ſatis notabile recenſet *Ge. Ad.* MICHEL, *Oettingiſche Bibliothec*, (*Anſpach.* 1758. 8.) *Cap.* 2. *pag.* 227. de Superattendente Generali Oettingenſi, *Benedicto Backen* notans: „Eine ſeiner ſelte„ſten Amtsverrichtungen ſind, daſs er den 17. Octobr. 1690. 3. tür„kiſche Knaben und ein türkiſches Mægdlein *getauft*, wobey *zwey* „*Weiber, die ehe in ihrer Kindheit die heil. Tauf erlangt, darauf* „*aber in dem türkiſchen Unglauben erzogen, nach geſcheherer Unter-* „*weiſung in der Evangeliſchen Religion, in die Chriſtliche Kirche wie-* „*der eingeführt*, und weil ſie ihren Namen nicht mehr gewuſst, mit „Chriſtlichen Namen benennet worden.„ Ob eandem non admitten-

tendam baptiſmi iterationem etiam illum, qui vel *ſe ipſum*, vel *infantem lucri cauſſa bis baptizari* curat, (licet graviſſima, in *L.* 2. *C. ne S. baptism. iteretur*, & *Receſſ. Imp.* 1529. §. 6. ſequentibusque aliis imperii legibus ſtatuta, pœna non habeat locum, obſervantibus *de* LUDEWIG *in Gelehrten Anzeigen vom Jahr* 1731. *CLXXI. Stück. Neue Anmerkungen aus der Röm. und Iüdiſchen Rechtsgelehrtheit über die Schærfe des L.* 2. *ſi qui rebaptizare C. ne S. baptisma iteretur, wie auch den Rec. Imp.* 1529. §. 6. *gegen die Wiedertæufer der Heyden, Iuden und Chriſten.* §. 36. & *ſeqq. pag.* 743. *ſeqq. II. Theil*, & LUDOVICI *in cit. Diſſ.* §. 62. *pag.* 48. & 49.) graves omnino manent pœnæ. Conferantur LUDOVICI *cit. Diſſ.* §. 64. *pag.* 50. LAUTERBACH *in Colleg. theor. pract. lib.* 48. *tit.* 10. §. 5. AMSEL *cit. Diſp.* §. 4. *Illuſtr.* & *Excell. Wolfg. Ad.* SCHOEPFF, Præceptor ac Patronus longe colendiſſimus, *in Part.* 2. *deciſ.* 321. *num.* 13. & *in Collectione nova conſiliorum iurid. Tubingenſ. Vol.* 9. *conſ.* 81. *num.* 32 *ſeqq.*

g) *Cit. de* BALTHASAR *cap.* 5. §. 2. *pag.* 171. cit. de LYNCKER *Diſſ. de baptismo, cap.* 8. §. 1. *Infantes ſine baptismo* decedentes, a ſepultura eccleſiaſtica, ſolis membris eccleſiæ competente, tanquam infideles arcent Catholici, obſervantibus tam *Io. Ge.* PERTSCHIO *in Elementis Iur. can.* & *proteſtant. eccleſ. Part. prior. lib.* 2. *tit.* 4. §. 638. *pag.* 394. *ſeq.* & *tit.* 21. §. 825. *pag.* 538. quam *cel. Chr. Conr. Wilh.* FRIDERICI *in Adparatu Iuris Canonico-pontificio-eccleſiaſtici, Vol. I.* (*Goth.* 1759. 8.) *Meditat. V. de Origine ſepulturæ*, & *ſepulturarum veterum atque noſtrorum temporum differentia, iure* & *religione*, §. 22. *pag.* 145. *ſeq.* Quam ipſam vero opinionem non agnoſcere Evangelicos, teſtatur, PERTSCH. *in nota ad cit.* §. 638. *pag.* 396. inprimis vero etiam idem patet ex *Cynoſura eccl. Würt. cap.* 18. §. 396. conf. LUDOVICI *cit. Diſſ.* §. 27. *ſeqq.* & *Henr. Balthaſ.* ROTH *Diſſ. de iuribus ſepulcrorum, Ien.* 1678. *cap.* 4. *num.* 5. *ſeqq. pag.* 34. *ſeqq. Reinhold. Frieder.* SAHME, *Diſſ. prior de ſepulturæ denegatione, Regiom.* 1710. *Cap.* 3. §. 17. *pag.* 58. *Achat. Chr.* RANGER *Diſp. de iure baptismi, Regiom.* 1689. *cap.* 3. §. 3. *Chr.* WILDVOGEL *Diſſ. de iure embryonum, Ien.* 1693. *recuſ. Helmſt.* 1745. *cap.* 3. §. 39. *pag.* 36. *ſeq.* Add. quoque *I. E.* GERHARD *de ſalute infantum ante baptismum decedentium, Ien.* 1660.

h) Effectus varios recenſet cit. *de* BALTHASAR *cit. Diſs. cap.* 5. §. 3. *ſeqq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0070-9

*ſeqq. pag.* 171. *ſeqq.* Quæſtionem: *Utrum mancipia Turcica per baptiſmum manumiſſa conſeantur?* adfirmavit *Godofr. Nic.* ITTIGIUS *in Diſs. de mancipiorum Turcicorum manumiſſione, baptiſmo implicita, Lipſ.* 1689. 4. cui iungi poteſt *Ge.* ENGELBRECHTI *Specimen collationis Juris Moſcovitici & communis, ſect.* 2. *membr.* 1. §. 3. *pag.* 17. *edit. Helmſtad.* 1750. 4. ubi, ſervos ſuſcepto baptiſmate in libertatem per ſtatuta Moſcovitica adſeri, obſervat. Negavit autem illam LUDOVICI *in cit. Diſs. de effectu baptiſmi iuridico*, §. 5. *ſeqq. pag.* 6. *ſeqq. An coniux poſt ſuſceptum baptiſmum fidelis ab infideli divertere poſſit?* alia eſt quæſtio, uti docet LUDOVICI *cit. Diſs.* §. 45. *ſeqq.* ex principiis Evangelicorum adfirmationem directam non admittens, licet de hoc non ſit dubitandum, quod coniux per baptiſmum fidelis factus, ab altero infideli malitioſe deſertus, omnino ex capite deſertionis agere poſſit ad divortium. Adfirmative autem illa fuit deciſa a *Jo. Laurentio* HOLDERRIEDER in *Epiſtola gratulatoria ad Chr. Aug.* MENIUM, *Lipſ.* 1740. edita, explicans *Problema Juris: an iudaica infidelitas poſt converſionem alterutrius coniugum ad fidem Chriſtianam in re chriſtianorum publica ſit iuſta cauſſa divortii?* Conf. quoque *Jo. Tob.* RICHTERI *Jus matrimonii Judæorum in Germania tum inter ſe, tum ſi alter coniux ad ſacra Chriſtianorum tranſiit, Lipſ.* 1752. Tandem notari adhuc poteſt hæc quæſtio: an Judæus, qui ad *chriſtianam religionem tranſit, e patris ſui poteſtate exeat, legitimamque petere poſſit a vivo patre?* circa quam omnino dicendum eſt, licet Judæus per ſacrum lavacrum e patris ſui abeat poteſtate, bonaque propria ab eo vindicare, vel, his deficientibus, neceſſaria petere poſſit alimenta; non tamen filio legitimam ex bonis vivi parentis eſſe ſolvendam, obſervantibus LEYSERO *Meditat. ad Pand. ſpec.* 21. *num.* 7. *pag.* 216. *Vol.* I. BALTHASAR *cit. Diſs. c.* 5. §. 4. *pag.* 173. & *Chr.* THOMASIO *in Diſs. de legitima viventis, Hal.* 1700. *cap.* 1. §. 7. Quod pater Judæus filio Chriſtiano, qui eius iam eſt ætatis, ut ſe ipſum alere poſſit, alimenta & ſumtus ſtudiorum præſtare non teneatur, multo minus ad ſolvendam legitimam obligatus ſit, docuit *Celeberr. Guſtav. Henr.* MYLIUS *in Diſs. de patre Judæo alimenta, ſumtus ſtudiorum & legitimam filio Chriſtiano denegante, Lipſ.* 1740.

f) Conf. BOEHMER *J. E. P. lib.* 3. *tit.* 33. §. 76 *ſeqq. qui in* §. 82. etiam obſervat *pœnam civilem per converſionem ſuſceptumque baptiſmum non tolli.* Conf. quoque LUDOVICI *cit. Diſs.* §. 38. *ſeqq.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0071-5

## §. VIII.

### IVS PRINCIPIS CIRCA S. COENAM, QVAE IN OMNI CASV A SOLIS ADMINISTRANDA EST ECCLESIAE MINISTRIS, IN SPECIE CONSIDERATVR.

Quemadmodum igitur ex hactenus dictis patet, *ius circa ſacramenta* Principi generatim competens (§. III. & V.) in ſpecie ſe *circa baptiſmum, ſacramentum initiationis*, (§. V. ſeqq.) exſerere; ita idem ius Principis ſuo etiam modo locum habet circa *ſacramentum confirmationis, ſacram a) Cœnam*, competitque omnino illi non cura ſolum proviſioque, ut hoc quoque ſacramentum, ſecundum *b*) formam, a Chriſto *c*) præſcriptam, & ab eccleſia receptam, adminiſtretur, ſed etiam poteſtas, tempus *d*), locum *e*), aliaque externa *f*) & accidentalia per ordinationes determinandi eccleſiaſticas. Sicuti autem in genere ad adminiſtranda ſacramenta conſtituti ſunt miniſtri eccleſiæ (§. III.); ita illi *g*), excluſis in omni caſu ab adminiſtratione huius ſacramenti laicis, etiam ſacram adminiſtrant cœnam.

*a*) Deſcriptionem Sacræ Cœnæ, a Jureconſulto factam, deſiderans adeat *Nic. Chriſtophori de* LYNCKER *Diſs. de eo, quod circa ſacram cœnam iuſtum eſt, Jen.* 1690. *Cap.* 1. §. 2. *pag.* 4. ubi ſacram cœnam denotare, inquit, illud Sacramentum novi Teſtamenti, quod Chriſtus poſt cœnam vulgarem in ea nocte, qua pro ſalute hominum ad paſſionem traditus eſt, ad ſui ipſius commemorationem inſtituit, ibique pretioſiſſimo ſuo corpore ac ſanguine in cum & ſub pane ac vino veſci iuſſit. Denominationis huius, ab Auguſtino adhibitæ in *c.* 10. *C.* 23. *qu.* 4. Synonyma ſiſtit *cit. diſs. Lynckeriana, cap.* 1. §. 3.

*b*) Elementa vel Symbola ſacramenti ſunt ex Chriſti inſtituto *panis & vinum*, obſervante *Joach.* HILDEBRANDO *in Rituali Evchariſtiæ veteris eccleſiæ, publicis lectionibus olim dicato, & iisdem denuo deſtinato a Jo. Andr.* SCHMIDIO, *Helmſt.* 1712. *pag.* 22. qui tamen in eo erraſſe videtur nonnullis, quod hæc ſymbola conſecrata eorumque uſum ex ritu & formula Judæorum repetenda eſſe adfirmaverit *pag.* 23. Conf. *S.* DEYLINGII *Schediaſma de S. Evchariſtiæ origine*

*gine ex ritu & formula Judæorum paſchali non repetenda.* Panis autem *vinumque* ſacramentum Evchariſtiæ non ſunt, niſi *conſecratio*, niſi *uſus* acceſſerit, quibus fit, ut corpus & ſanguis Chriſti illis ſacramentaliter uniatur. Conf. ſæpe laudati *C. M.* PFAFFII *Diſs. de conſecratione evchariſtiæ, Tubing.* 1748. *in præfat. pag.* 1. De *vino, nec alio liquore* in S. C. adhibendo, videri in primis poſſunt *Fundamenta fidei de Sanguinis Dominici participatione in vino, & non in alio potu, communi conſenſu Cleri Suecici collecta,* 1563., quæ exhibentur in *Joannis* BAAZII *Inventario eccleſiæ Sueo-Gothorum, Lincop.* 1642. 4. *lib.* 3. *cap.* 4. *pag.* 302. *ſeqq.* De *Transſubſtantione credenda* ſub anathemate edixiſſe *patres concilii Tridentini*, iis vero præ ceteris ſatisfeciſſe CHEMNITIVM *in Examine concilii Tridentini, loc. IV. ſect.* 1. *c.* 1. teſtatur BOEHMER *in J. E. P. lib.* 3. *tit.* 41. §. 10. Conferatur quoque S. R. *Jo. Ge.* WALCHII *Hiſtoria transſubſtantiationis Pontificiæ, Jen.* 1738. De utroque S. C. elemento, mutationi non obnoxio, videatur cit. *Diſs.* LYNCKERI *de eo quod circa ſacram cœnam iuſtum eſt, cap.* 3. *pag.* 21. *De hoſtiis ſive placentulis orbicularibus, quibus eccleſiæ Auguſtanæ Confeſſioni addictæ in Sacræ Cœnæ adminiſtratione utuntur, num verus panis ſint?* Disquiſitionem Jen. anno 1657. edidit *Chr.* KORTHOLT, quæ *itidem* recuſa fuit 1707. 4. cui iungi poteſt *Jo. Andr.* SCHMIDII *Diſs. de Oblatis evchariſticis, quæ hoſtiæ vocantur, Helmſt.* 1701. Quomodo S. calicem laicis ademerit eccleſia catholica, docet præter modo cit. SCHMIDIVM *in Diſs. de fatis calicis evchariſtici, Helmſt.* edita, *Balthas.* CELLARIVS *de S. calicis uſu laicis prohibito, Helmſt.* 1670.

c) Primo loco *ſacer panis*, deinde *calix* diſpenſari debet iuxta ordinem, ab ipſo Jeſu Chriſto obſervatum præſcriptumque. Conf. de LYNCKER modo *cit. Diſs.* §. 12. *pag.* 47.

d) Sic *tempus* adminiſtrandæ in eccleſiis S. cœnæ determinat ſæpe cit. *Hochfürſtl. Würtemb. groſſe Kirchenordnung fol.* 114.

e) *Locus* diſpenſationis S. cœnæ legitimus regulariter ipſa eſt eccleſia, in caſu autem neceſſitatis quilibet locus privatus, obſervantibus, non ſolum *de* LYNCKER *cit. Diſs.* §. 15. *pag.* 50. & *Chr.* WILDVOGELIO, *in Diſs. de iuribus altarium, Jen.* 1716. *cap.* 5. §. 16. *pag.* 58. ſed expreſſis quoque verbis ſtatuente divo *Friederico Guilielmo, Boruſſorum Rege* in peculiari *Edicto dd.* 29. *Aug.* 1731. quod legitur non ſolum in FABRI *Staats-Cantzley tom.* 59. *cap.* 22. *num.* 2. *pag.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0073-6

*pag.* 719. ſed inſertum quoque fuit *a Jo. Petro de* LUDEWIG *der Gelehrten Anzeigen vom Jahr* 1731 *XCVII. Stück, pag.* 297. *ſeqq. I. Theils*, ubi etiam legitur *Rechtliche Erläuterung gegen das H. Nachtmal einzeler Perſonen.* Conf. quoque, præter CARPZOVII *Jurisprudentiam Conſiſtorial. lib.* 2. *definit.* 292. *G. L.* WILCKE *de communione privata, Miſn.* 1702. & *Jo. Sam.* STRYCK. *Diſs. de iure Sabbathi, Hal.* 1702. *cap.* 4. *num.* 173. *ſeqq. pag.* 136. *ſeqq.*

*f*) Quomodo hæc determinari poſſint, adparet in primis ex *Cynoſ. eccleſ. Würtemb. cap.* 16. *pag.* 367 *ſeqq.* Conf. quoque ſupra cit. *vollſtændige Nachricht von den verſchiedenen Meinungen der Herren Theologen und Juriſten über den Urſprung und die Natur des Kirchenrechts*, §. 8 *pag.* 54. *ſeqq.*

*g*) Demonſtravi equidem ſupra (§. VI.) quod *baptismus in caſu neceſſitatis a laicis poſſit adminiſtrari*, unde forſitan colligendum videri poſſet, nec ab adminiſtratione S. Cœnæ in caſu mortis aliusve neceſſitatis excludendos eſſe laicos. Quemadmodum vero Baptismus eſt ſacramentum initiationis (§. V.), de cuius neceſſitate ipſe Chriſtus Joh. cap. 3. v. 5. teſtatus fuit, ſacra autem Cœna Sacramentum confirmationis eſt, nec paris cum illo ad ſalutem neceſſitatis, docente inter alios *Ad.* RECHENBERGIO *in cit. Exercitatione theol. de officio miniſtri eccleſiæ*, §. 23. ita omnino a Baptismo ad S. cœnam valida duci nequit conſequentia, & proinde, deficiente eccleſiæ miniſtro, *ad S. Cœnam adminiſtrandam non admitti poſſunt laici*, uti pluribus obſervavit *de* LYNCKER *cit. Diſs. cap.* 2. §. 1. & 2. *pag.* 6. *ſeqq.* Conf. *Hug.* GROTII *Diſs. de adminiſtratione S. Cœnæ, ubi paſtores non ſunt, edit. cum diverſorum reſponſionibus, Londini* 1685. 8.

## §. IX.

### QVOD LAICI, AEQVE AC CLERICI, ADSTRICTI SINT IN SACRAMENTORVM PERCEPTIONE AC ADMINISTRATIONE AD CERTAS PAROCHIAS, SOLISQVE CLERICIS NON COMPETAT POTESTAS EXCLVDENDI ALIQVEM A CONFESSIONE ET S. COENAE VSV, DEFENDITVR.

Licet autem Miniſtris eccleſiæ generatim competat Sacræ Cœnæ adminiſtratio, (§. VIII.) & in ſe certum omnino ſit in-

indubiumque, quod quilibet, per baptiſmum in eccleſiam receptus, ſacrorum, quæ in illa diſpenſantur, fiat particeps (§. VII.); non tamen quilibet Clericus quibusvis illum adeuntibus Chriſtianis Sacramentum hocce diſpenſare poteſt; ſed parochiis certis *a*) adſtricti ſunt tam laici in percipiendis, quam Clerici in adminiſtrandis ſacramentis; quibus ipſis etiam denegandi S. Cœnam poteſtas *b*) non competit, quum vindicanda illa potius *c*) ſit Principi & Conſiſtorio, cœtum eccleſiæ *d*) repræſentanti. (§. I.) Quæ quum ita ſint, isque etiam, qui ad S. Cœnam accedit, absque *e*) dedecore non poſſit repelli; optime in conſtitutionibus conſtitutum eſt eccleſiaſticis, ut ſacra veſci deſiderans Cœna *f*) pridie, quam accedat, hoc indicet paſtori, quo hic mature rem omnem ita componere & inſtruere poſſit, ut, ſi ad Conſiſtorium rem deferre neceſſe ducat, is, de cuius admiſſione dubitat, ab aditu ad confeſſionem *g*) & S. Cœnam tam diu ſe ipſum temperet, donec Conſiſtorii decreto res fuerit deciſa.

*a*) Conf. *de* LYNCKER *cit. Diſs. de eo, quod circa ſacram cœnam iuſtum eſt, cap.* 2. §. 7. *pag.* 12. & CARPZOV. *Jurisprud. Conſiſtorial. lib.* 1. *definit.* 68. & 290. quibus addi etiam poteſt *J. H.* BOEHMERI *Diſs. de nexu parochorum & parochianorum, Hal.* 1702.

*b*) Hanc poteſtatem *Clericis noſtris non competere*, iam olim agnovit Theologus, & eruditionis, & pietatis ſingularis laude inſignis, *Phil. Jac.* SPENER, *cap.* 1. *ſect.* 2. *pag.* 11. *der letzten Theologiſchen Bedenken*, (Halle 1711. 4.) ubi inter alia dicit: „Wie ich denn nicht in Abrede bin, daſs davor halte, es komme denen Predigern vor ſich das „Urtheil nicht zu, wer vor würdig oder unwürdig zu achten, und alſo „wer zu admittiren, oder zu excludiren ſeye, ſondern das Gericht gehœre der Kirchen: — — wie denn einmal die Schlüſſel nicht dem „Predigamt, ſondern der Kirchen zuſtehen. Ob dann wohl dieſelbe „ſolche ordentlich durch die Prediger zu verwalten pfleget, gehet doch „ſolche ihre Verwaltung nicht weiter, als ſo lange es keine Contradiction giebet; wo aber er einen vor unwürdig hælt, und ſolcher „will vor würdig gehalten ſeyn, ſo ſtehet die Deciſion nicht bey ihm,

„ſondern geſagter maſſen bey der Kirchen. Quod ſi igitur de facto & ex mero adfectu paſtor aliquem a ſacra excludat Cœna, omnino ad admittendum compelli poteſt, obſervantibus *de* LYNCKER *cit. Diſs. cap.* 2. §. 8. *Andr. Flor.* RIVINO *in Diſs. de exceſſibus & delictis in templis commiſſis, Vitemb.* 1758. 4. §. 8. *pag.* 14. *ſeq.* & BOEHMERO *in Jur. Paroch. ſect.* 4. *cap.* 1. §. 26. ubi ex BLVMII *Supplication. Cam. tit.* 8. *pag.* 336. formulam mandati pœnalis exhibet, per quod ſub pœna iniunctum fuit paſtori, ut ab excluſione parochianorum a S. Cœna abſtineat. Exemplum *paſtoris*, in admiſſione ad S. Cœnam nimium ſcrupuloſi, recenſet *Jo. Philipp.* STREIT *in Diſp.* exhibente *Semidecadem caſuum controverſorum & deciſorum, Erford.* 1709. *caſ. V.*

c) *Poteſtatem excludendi a Sacra Cœna* in eccleſiis Evangelicis *Principi & Conſiſtorio* vindicarunt *de* LVDEWIG *Tom. I. Conſilior. Hallens. lib.* 2. *cons.* 62. *num.* 14. *ſeqq.* BOEHMER *J. E. P. lib.* 3. *tit.* 41. §. 55. *ſeqq.* ubi plures Ordinationes eccleſiaſticas hanc poteſtatem, paſtoribus negantes adfert. Conf. quoque cit. DEINZER *cit. Diſs. de obligatione ſtricta miniſtrorum eccleſiæ ad ordination. eccleſiaſticar. obſervantiam, cap.* 2. §. 14 *pag.* 49. *ſeqq.* Cel *Siegfr. Cæſ. ab* AEMINGA *de Jure circa gladii depoſitionem, præſertim in actu baptiſmali a patrinis, & in benedictione ſacerdotali a ſponſo, Cap.* 3. (*Gryphiswald.* 1754. 4.) *not. i. ad* §. 25. *pag.* 88. 89. & 90. & *celeb. Ge. Henr.* AYRER *in ſupra cit. Diſs. de Superintendentibus eccleſiarum proteſtantium, Epiſcoporum veteris eccleſiæ propagine,* §. 8. *pag.* 51. & 52. *Ahasv.* FRITSCH *Obſervationum Juris eccleſ. practicarum Obſervat.* 65. in *opuſculor. Vol. I. Part.* 2. *Tractat.* 4.

d) *Jus excommunicandi eccleſiæ vindicavit* in peculiari *Commentatione Jo. Chr. Guilielm.* MEYER, *Gœtt.* 1753. 4.

e) Hanc ipſam ob cauſſam ſi paſtor ſtatim & absque iuſta cauſſa aliquem a S. Cœna repellat, non immerito illum *actione iniuriarum* conveniri poſſe, inter alios tradit ſupra cit. SIMON *Diſs. de action. iniur. Sacerdotem concernentibus, Jen.* 1676. *membr.* 2. *thes.* 5.

f) Eadem expreſſis verbis diſponit cit. *Hochfürſtl. Würtemb. groſſe Kirchenordnung fol.* 112. Conf. quoque BOEHMER *J. E. P. loc. cit.* §. 57. Quæſtionem: *An magiſtratus civitatis cuiusdam imperialis civem quendam ob abſtinentiam a S. Cœna Jure civitatis privare, eidemque emigrationem iniungere poſſit?* propoſitis in utramque partem argumentis,

tis, negavit cel. *Jo. Phil.* CARRACH *in Rechtlichem Bedenken über drey Fragen aus dem Kirchen- und Geiſtlichen Staatsrechte, die Emigrations-Auflage, dagegen vorzukehrende Mittel, und das Abzugsgeld Augſpurgiſcher Confeſſions-Verwandten, welche ſich des H. Abendmahls enthalten, betreffend. Altona* 1752. 4. *pag.* 6. *ſeqq.*

*g*) De *Confeſſione*, tum in genere, tum in ſpecie de *auriculari* in eccleſiis Evangelicis paſſim, ſed non eo rigore, quo in Catholicis locum habet, retenta, videri poſſunt, præter ſupra cit. *Joach.* HILDEBRANDI *cit. hiſtoriam Conciliorum*, *pag.* 237. CARPZOV. *Jurispr. Conſiſtor. lib.* 2. *definit.* 275. *J. W.* IANI *hiſtoria Confeſſionis auricularis, Vitemb.* 1716. *Gottl.* WERNSDORF *de fundamento confeſſionis & abſolutionis privatæ, Vitemb.* 1717. *Gernh.* TITII *Diſſ. de confeſſione peccatorum auriculari, Helmſt.* & *Jo. Ge.* PERTSCHII *Tractat. vom Recht der Beichtſtühle, Hal.* 1721. & *Guelpherb.* 1738. Add. *Sam.* STRYKII *Diſſ. de curioſitate, Francof. ad Viadr.* 1677. *cap.* 3. *num.* 34. *ſeqq. pag.* 36. *ſeqq.*

De *Confeſſionario*, ex pluribus unius eccleſiæ paſtoribus, libere quidem *eligendo*, ſed *non* ſine Superiorum, i. e. Conſiſtorii, conſenſu, *mutando* videatur S. R. *Jo. Leonhardi* FROEREISEN *Diſſ. hiſtorico-theologica de Confeſſariorum origine, Argentor.* 1742. *ſect.* 2. §. 11. *not. a*) *pag.* 39. Conf. quoque *Conſilium* 32. *in Volum.* 5. *Collectionis novæ Conſilior. Juridicor. Tubingenſ.* & *Conſil.* 61. *in tom.* 1. *Conſilior. Hallenſ. libr.* 2.

De *Sigillo Confeſſionis* videri inprimis merentur HERTIVS *in Paroemiarum Juris Germanicarum, Lib.* 1. *paroem.* 63. & laudat. EISENHART *in cit. Grundſætzen der Teutſchen Rechte in Sprüchwörtern, VI. Abtheil.* 1. *Abſchn. num. XVII.* quibus etiam iungi poſſunt præter *Diſſ. Theolog. caſualem de eo, quod iuſtum eſt circa revelanda vel reticenda delicta occulta, etiam atrocia*, quam Præſide Reverendiſs. PFAFFIO hic *anno* 1754. defendit Clariſs. *Dav. Jonath.* CLESS. *J. A.* QVENSTEDT *de ſigillo confeſſionis, Vitemb.* 1669. *Adr.* BEIER *de ſigillo confeſſionis, Jen.* 1675. *recuſ. ibid.* 1707. *Balthaſ.* TILESIVS *de ſigillo confeſſionis, Regiom.* 1707. *rec. Vitemb.* 1748. *Jo. Bernh.* FRIESEN *Progr. de ſacerdote, iurato in confeſſione enunciata negante, non periuro, Jen.* 1705. & STRYK. *Conſilior. Hallenſ. tom.* 1. *lib.* 2. *conſ.* 12. *num.* 2. & 3. ubi in ſpecie, quod confeſſio,

etiam extra locum confeſſionis (auſſer dem Beichtſtuhl) facta confeſſionario, ſilentii fidem expoſcat, docet, & eatenus quoque conſentientem habet *Sam. Frieder.* WILLENBERGIVM *in Schediasmate iurid. de officio miniſtri eccleſiæ erga condemnatum ad mortem, Gedan. & Lips.* 1718. *cap.* 3. §. 6. *pag.* 41. *ſeq.* *Singularem caſum confeſſionis delicti a reo factæ*, a miniſtro eccleſiæ, ſilentii tamen fide preſſo confitentis nomine, *revelata*, ut innocens a morte liberaretur, recenſet *Phil. Ludov.* HANNEKENIVS *in Tractatu Vitembergæ* 1701. 4. *edito ſub tit: Jus Gratiæ Principis Chriſtiani in reos noxæ capitalis, cap.* 3. §. 9. *pag.* 42.

De *formula abſolutionis confitentium* vid. *Jo. Jac.* MOSERI *Diſſ. Juris Evangelicorum eccleſiaſtici de formula abſolutionis confitentium, Francof. ad Viadr.* 1739. & *in cit. ſelect. Jur. cum publ. tum privat. item eccleſiaſt. pag.* 371. *Mart.* CHLADENII *Diſſ. de natura abſolutionis Evangelicæ, Vitemb.* 1712. *Gottlieb* WERNSDORF *Abſolutionem miniſtri non eſſe mere declarativam, Vitemb.* 1716.

De *numo confeſſionali* egerunt *Petr.* MÜLLER & *H. A.* ENGELKEN, ille quidem in *Commentatione, Jenæ* 1675. *defenſa, ibidemque* 1699. *recuſa*, hic vero in *Diſſ. Roſtochii* 1707 & 1716. *edita*, quibus iungi etiam poteſt *Alb. Joach. de* KRAKEVITZ *Diſſ. de numo confeſſionario abſque miniſtrorum eccleſiæ detrimento abrogabili, &, ſi abſque turbis atque ſcandalis fieri poſſit, haud incommode abrogando, Roſtoch.* 1712. nec non *Lipſ.* 1746.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0079-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0080-4

ULB Halle 3
005 361 869

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0081-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0082-6

E. 12. num. 35.

19

# DISSERTATIO IVRIS EVANGELICORVM ECCLESIASTICI DE IVRE PRINCIPIS CIRCA ECCLESIAM EIVSQVE MINISTROS IN GENERE ET SACRAMENTA IN SPECIE

1759 3.

QVAM

RECTORE VNIVERSITATIS MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO
DOMINO

13

IO. CAROLO LVDOVICO
COMITE PALATINO RHENI BAVARIAE DVCE
COMITE VELDENTIAE ET SPONHEMII rel. rel.

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS CONSENSV
PRO LOCO
IN FACVLTATE IVRIDICA
RITE OBTINENDO
PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI
SVBMITTIT

FRIEDER. GVILIEL. TAFINGER
IVRIS VTRIVSQVE DOCTOR
EIVSDEMQVE PROFESSOR PVBLICVS ORDINARIVS IMPERIALIS
SCIENTIARVM ACADEMIAE ROVEREDENSIS SOCIETATVM TEVTONICARVM
GOETTINGENSIS ET HELMSTADIENSIS LATINAEQVE
IENENSIS MEMBRVM

RESPONDENTE
GEORGIO CHRISTIANO FEINMANN I. C.
STVTTGARDIANO.

D. XXII. DEC. MDCCLIX. H. L. Q. C.

TVBINGAE LITTERIS ERHARDIANIS.

KÖNIGL. FRIED. UNIVERS. ZU HALLE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-166068-p0083-1